5 eis] senex PEL et om. VS 6 tertio uero] et t. PL uero om. ES uado de labore L

2 — MVPELS 1 abbas VL Pambo CARW (Παμβώ): Pamon MVPEL Pemen S uenit ut transiret] u. hora eius ut t. P ad transitum uenit L uenit ut om. S 1-2 de corpore in ipsa hora qua transiret] om. PEL 1 in om. S 2 sibi om. S ex quo] ego E 3 hanc om. PL cellam E opera] panem S 4 me sermonem] s. me V me (om. PS) super s. PELS quem] que M 5 ad! in ES 6 nec inciperem] n. -im ML n. inceperim VS nunc i. P nescirem S

3 — MVPES om. L 1 abba S 2 ei om. V 3 Dei om. E sto] sum S 5 pertinet om. PES mandata Dei facerem] m. (uoluntatem P) D. f. non timeo PS 6 Deo placeat] D. placeant V D. placet E placent D. P D. placent S 7 confides MVPE quia secundum Deum est] q. s. D. sunt ES om. P at ille] qui P 8 enim est E 9 et om. E hominum S

4 — MVPES om. L 1 abba S Sisoio] Sisoyus MV Sisoy E Sisorus S 2 alii om. S aduenissent PE quodam] condam M 2-3 radiante et dicit eis] -em et d. (-unt S) eis (ei S) PS 3 abba P

ait, et chorus prophetarum. Et iterum facies eius clariori luce perfusa
est et dixit: Beati quoque apostoli adsunt. Visusque est cum qui- 5
busdam conloqui. Cum ergo postularent ab eo patres ut cum quibus
loqueretur dixisset: Angeli, inquit, animam meam uenerunt auferre
et supplico illis ut paululum me pro poenitentia agenda sustineant.
Dicunt autem ei patres: Tu non indiges poenitentiam, abba. At ille
respondit: In ueritate uobis dico quia adhuc nec principium me arri- 10
puisse poenitentiae reminiscor. Ex quo dicto senserunt quod esset
in timore Dei perfectus. Tunc in splendore solis eius effigie relucente
dicit ad eos: Videte, uidete, quia uenit Dominus. Et in hoc sermone,
reddito spiritu, omnis locus ille grato odore repletus est.

5— Beatus Arsenius, cum tempus eius ut migraret de hoc saeculo
proximaret, dicebat ad discipulos suos: Nemo super me faciat cari-
tatem nisi solam oblationem; ego autem si feci per caritatem inue-
nio illam.

Turbatis autem discipulis eius quasi iam tempore propinquante, 5
dicit eis: Necdum uenit hora mea. Cum autem uenerit non tacebo.
Sed tamen stabitis mecum in diuino iudicio ante tribunal Christi, si
alicui de meo corpusculo aut rebus aut reliquias dederitis. Illis autem
respondentibus «et quid faciemus, pater, quia nescimus hominem
sepelire?», respondit: Numquid nescitis funem in pedibus meis mit- 10
tere et ita ad montem trahere?

4 ait] uenit P et chorus prophetarum] c. p. (p. c. S) ES eius om. P clarior V
5 uisus S 6 ergo] autem S patres om. S 7 eloqueretur S dixis-
set] ediceret (et diceret E) at ille PES dixissent V inquit om. S uenerunt
animam meam S 8 illis] eis P me ut paululum S poenitentiam agen-
dam MV 9 autem om. E indiges] agere add. PE poenitentia S
10 dico uobis V adhuc om. S 11 poenitentiae] remissionem add. E
senserunt] superserunt dub. V 12 in² om. PE eius om. VES effigia M
relucentem E 13-14 in hoc sermone reddito spiritu] hoc s. dicto reddidit
spiritum et S

5— MVPES om. L 1 beatus] abba S eius] aduenisset add. PE
om. V migratus V 2 proximaret om. PE ad discipulos suos] disci-
pulis suis S 3 per om. PES inueniam S 5 turbatis autem discipulis
eius] t. (-i PE) a. (om. S) d. (-i PE) e. (e. d. S) PES quasi] quia si V 6 dixit E
autem] ante M om. E 8 alicui de meo corpusculo aut rebus aut reliquias
dederitis] alicui (om. PS) de m. c. a. r. alicui (om. E) uelut reliquias dederitis
(-ratis S) PES 10-11 in pedibus meis mittere et ita] in p. meis m. (m. in p.
meis E) et ita me PE

Pili autem oculorum eius ex iugi fletu ceciderunt.

Nam omne tempus uitae suae sedens et operans pannum habebat in sinu suo propter lacrimas defluentes ex oculis eius.

- 15 Dum ergo moreretur coepit flere. Et cum fratres eum requisissent dicentes: Quid fles, pater? Numquid et tu times? Ait: In ueritate timeo et iste timor qui nunc mecum est semper in me fuit ex quo factus sum monachus.

- 20 Cum autem uidisset abbas Poemen quia transiit dixit: Beatus es, abba Arseni, quia te in hoc saeculo planxisti. Qui enim se hic non planxerit, illic in perpetuo lugebit. Aut hic ergo ex uoluntate aut illic pro tormentis, impossibile est hominem non plangere.

LIII — DE TIMORE DEI

1 — Abba Pambo requisitus a fratre quemadmodum anima resisteret et Deum timere nollet respondit: Anima quidem uult timere, sed necdum tempus est. Timor enim Domini perfectio est.

2 — Quidam frater a sene requisiiuit dicens: Quemadmodum timor Dei uenit in anima? Et senex ait: Si quis prius humilitatem possederit ut neminem condemnet et nihil habeat, tunc uenit timor Dei in anima.

12 ex iugi fletu ceciderunt] ex i. f. ceciderant nam ES ceciderant ex i. f. P
13 nam] et *add.* P omni tempore P 14 sinu] signu S 15 fratres eum]
e. f. alii PES 16 ait] ille respondit PES 17 est mecum P 19 abba ES
quia transiit] q. transit E quod -iret S 20 abba Arseni] abbas A. (-ii V) MV
quia] qui PE saeculo] sic *add.* PE enim se hic] e. h. se P h. se etiam S
21 illic in perpetuo] i. (illuc S) in -um PS 22 hominem] omnem E
non *om.* M

LIII — MVPS *om.* EL

1 — MVPS *om.* EL 1 Pambo RW (Παμβώ): Pammon MVS
Pammos P anima *om.* V 3 est² *om.* P
2 — MVPS *om.* EL 2 Dei uenit] Domini u. (*om.* S) PS 3 possi-
derit MVP et nihil habeat] et ut n. h. P *om.* S 4 animam P

3 — Quidam frater requisivit abbatem Poemenem dicens: Quid faciam, pater, quoniam insensata est anima mea et non timet Deum? Dicit ei senex: Vade et iunge te cum homine timente Deum et ab eo inquire quod ille timet et tu doctus incipies timere.

LIV — DE LACRIMIS VEL LVCTV

1 — Quidam frater requisivit senem dicens: Quemadmodum desiderat anima lacrimas sicut de senibus audio et non veniunt ad me et ideo contristatur cor meum? Cui senex: Post quadraginta annos filii Israel ingressi sunt in terram repromissionis. Lacrimae ergo sunt terra repromissionis et per multos labores perveniuntur ad illam; et si semel aliquis ingressus fuerit illic, iam proelium non timebit. Sic autem vult Deus ut semper anima tribuletur et desideret ingredi in terram illam repromissionis.

2 — Quidam senex uidit fratrem ridentem et dicit ei: Praesente caelo et terra, totius uitae nostrae rationem reddituri sumus, et tu rides?

Sicut enim umbram corporis nostri ubique portamus ita planc-tum et conpunctionem ubicumque sumus a nobis derelinquere non debemus.

3 — MVPS *om.* EL 2 quoniam] quia S 3 te *om.* S homi-
nem timentem M ab eo] ob hoc V ab illo S 4 inquire *om.* MV qui S
illum S et *om.* S doctus incipies] edoctus incipias S

LIV — MVPELS lacrimans L uel] et E

1 — MVPELS 2 desiderat anima] a. d. S a. mea d. V audio]
audeo L 3 post] per MVPE 4 annis EL filii Israel ingressi sunt] filios
I. i. s. M i. s. f. I. S promissionis S 4-5 lacrimae ergo sunt terra repro-
missionis] l. ergo (quae S) s. terra (-m M) r. (promissionis S) MS *om.* EL
5 et *om.* S per *om.* P perveniuntur] -itur VPS peruenerunt E perue-
niunt L 6 illas PLS si] quis *add.* E aliquis *om.* S illic ingressus
fuerit S 7 autem] enim P anima] autem S -am L 8 in *om.* S

2 — MVPELS 1 dixit P 2 et terra] et *om.* E *om.* S totus L
4 umbra MPEL nostri corporis V 5 conpunctiones ELS a nobis dere-
linquere] a n. (a n. *om.* P) relinquere PELS

3 — Quidam frater dum peteret ab abbate Poemene instructionis audire sermonem, respondit senex: Rem quam quaeris, principium eius patres nostri luctum posuerunt. Luctus enim duplex beneficium est quia non tantum operatur sed etiam seruat.

4 — Beatus Athanasius episcopus rogauit aliquando abbatem Pambo ut de eremo descenderet in Alexandriam.

Qui descendens cum aliis fratribus, cum uidisset saeculares dicit eis: Surgite et salutate monachos ut benedicamini; frequenter enim
5 isti cum Deo loquuntur et os illorum sanctum est.

Et cum uidisset mulierem nimiam in ciuitate, plorabat grauiter. Et requisierunt eum adstantes cur plangeret. At senex dixit: Duae me res ad lacrimas compulerunt: una quidem perditio illius mulieris; secunda uero quia ego tantam curam non habeo placendi Deo quan-
10 tam habet haec mulier ut hominibus turpibus placeat.

LV — DE POENITENTIA

1 — Quidam frater requisiiuit abbatem Poemenem dicens: Quid est poenitentia? Cui senex: Poenitentia peccatorum est ulterius non peccare.

Haec enim uox ad hominem semper clamat usque ad ultimam
5 respirationem: «Hodie conuertimini».

LV, 1 lin. 5: *Hodie conuertimini* — cf. Ps. XCIV, 8.

3 — MVPS om. EL 1 ab abbate om. P Pemeni P 2 quem M
3 eius] huius P

4 — MVPES om. L 1 aliquando om. S abbate E 2 Pambo C
(Παμβώ): Pammo M Pamon V Pammon P Pamen E Pannon S
3 uidisset] audisset V 4 ut benedicamini om. MV enim om. S 6 et cum]
cumque S uidissent S mulierem om. S mimam] nimiam S ciuitate
plorabat grauiter] -em plorauit fortiter E 7 adstantibus P cur] quid PE
dixit om. S 8 res me S ad] has add. PES perditio illius] i. perdi-
tionis S ad perditionem i. E illius om. V 9 tantam] tantum E
totam S cura E habeo] ab eo add. V placendi] plangendi MV quan-
tam] quanta MS quantum PE 10 hominibus] omnibus MVE

LV — MVELS

1 — MVELS 1 Poemen L 2 poenitentia²] -m M memoratio S
rememoratio add. P et sup. lineam L peccatorum est] e. p. E p. e. et PLS
4 ad² om. MV 5 respirationem] reparationem P

2 — De quodam sene dicebatur quia quotiens illi sua cogitatio dicebat «Dimitte hodie et cras poenites», respondebat: Non, sed hodie debemus poeniteri et cras Dei uoluntas fiat in nobis.

3 — Idem dixit: Omni uespere et omni mane debet homo rationem contra semetipsum ponere dicens: Videamus quid hodie fecimus ex his quae Deus non uult et quid ex his quae uult impleuimus. Sic enim secum pertractans in omni uita sua et poenitentiam agere inuenitur et Deo adhaerere.

Et ob hoc sicut nemo potest nocere eum qui iuxta imperatorem est, sic nec diabolus illum potest laedere cuius anima semper adpropinquat Deo, quia ipse dixit: Adpropinquate mihi et adpropinquabo uobis. Cuius autem sensus huc atque illuc diuertitur, inueniens tempus inimicus facillime animam illius in diuersas passiones inducit.

4 — Dixit abba Poemen: Volo magis hominem post peccatum suum poenitentem quam hominem neque peccatum intellegentem neque poenitentem. Ille enim semper in cogitatione sua se peccatorem dicens, humilis est; ille autem habet cogitationem quia homo iustus sit, et non est.

LV, 3 lin. 8-9: *Adpropinquate... uobis* — cf. Iac. IV, 8.

2 — MVPLS *om.* E 2 poenites] se iterum *add.* P ipse iterum *add.* LS respondebat] reprobarebat S non sed] nos et MV 3 poenitere LS et] ut PS Dei uoluntas fiat] f. u. D. L Dei *om.* V Dei *sup. lin.* M

3 — MVPLS *om.* E 1 idem] item PL 1-2 rationem contra] r. (orationem P) intra PLS 2 seipsum V componere PLS quod L 2-3 fecimus ex his quae] ex his f. q. (quod P) PLS 3 quae²] quod P *om.* S impleamus MV 4 secum *om.* V tractans V inuenimur P 6 ob *om.* MV ei VS imperatorem] -e L enim *add.* p. *corr.* M dignus *add.* P 7 potens L 8 quia] quoniam S et] ego *add.* S 9 autem sensus] enim s. (-um P) PL 10 diuersis passionibus P inducet PL

4 — MVPES *om.* L 2 neque] post S peccatum] nec *add.* S *om.* V 3 neque poenitentem ille] nec p. tunc ille et S semper in cogitatione sua] in c. sua s. P semper *om.* S peccatorem se S 4 dicens] iudicans E 4-5 sit iustus PES 5 et non est *om.* PES

5 — Quendam senem miles quidam requisivit dicens: Suscipit Deus poenitentem, abba? Cui senex: Dic mihi, carissime: si rupta fuerit parum clavis tua, numquid proicis illam? Cui miles respondit: Non, sed sarcio illam et iterum utor. Dixit ei senex: Si tu ergo uestimentum tuum parcis et uteris eum, Deus propriae facturae non parcat? Et his uerbis iuuatus est miles.

6 — Abbas Ioannes hanc similitudinem dicebat de anima poenitentiam adpetente: Quaedam meretrix erat in ciuitate multos habens amatores. Veniens autem iudex ad eam dixit illi: Sponde mihi continentiam et ego te in uxore recipiam. Illa uero spondente, accepit eam et duxit in domum suam. Amatores autem eius priores, quaerentes eam dicebant: Iudex intulit eam in domum suam et si profecti fuerimus ad ostium eius et senserit, puniet nos; sed uenite post ostium, sibilemus ei et cognoscens illa uocem sibili nostri descendet ad nos et ita nos sine culpa reperiemur. Illa autem postquam sibilum audiuit, consignans aures suas, in interiori cubiculo confugit et clausit ostium.

5 — MVPES om. L 1 quendam senem miles quidam requisivit] quidam m. r. quendam s. P quendam senex m. quidem r. MV 2 poenitentiam PE rupta] rapta S 3 parum] rarum S clavis M 4 sarcio] -or S sortio E illa S utor] uteor M ea (-m E) add. PES dicit PES ei] autem V 5 parcis] sarces P sartis E sarcis S et uteris eum Deus] et u. eo D. V et u. ergo D. quomodo P ut utaris ex eo D. S propriae facturae non parcat] n. parcat p. f. S p. f. n. parcat P 6 his] istis S
6 — MVPES om. L 1 abba S anima] -am M -i P 2 adpetente] -m M adpenitentem PE erat om. E habuit E 3 iudex ad eam] ad e. i. E ad eam om. S dicit E 4 uxorem PES spondentem E 4-5 eam et duxit in domum suam] eam uxorem E et d. eam in domo sua S 5 eius. om. P quaerebant S 6 dicentes S intulit eam in domum suam] tulit eam in domo sua ES 7 puniet nos sed uenite] nos p. sed ueniente V ostium] et add. E 8 ei] illi ES illam V descendit V ita et E

LVI — QVOMODO PER POENITENTIAM VNO DIE POTEST
HOMO RECONCILIARI DEO

1 — Abbas Sisoius frequenter de poenitentia hunc solebat repli-
care sermonem: Si uoluerit homo, a mane usque ad uesperum potest
ad diuini praecepti peruenire mensuram, hoc est, si pro transactis
peccatis lugendo poeniteat et ne ulterius delinquat inter se et Deum
statuat testamentum.

5

2 — Quidam ex patribus de aliquo referebat episcopo eo quod
audisset duos ex plebe sua uiros nimiae impuritatis adulteros. Rogauit
ergo Deum ut si ita esset agnosceret. Cum ergo post oblationem
consecratam unusquisque ad communionem accederet per singulorum
facies intellegebat et animos. Peccatores autem facies nigras inspi-
ciebat ut carbones et oculos sanguine repletos; alios uero uidebat clara
facie et uestibus albis. Cum autem corpus Domini suscepissent, in
quorundam uultibus lumen, in quorundam uero flamma uidebatur.
Vt autem cognosceret de illis quorum crimina audiebat, communionem
eis ipse porrexit. Et uidit unum ex eis clara facie et honorabile albisque
uestibus circumdatum, alterum uero nigrum et horribile uultu. Et
postquam diuini mysterii gratiam susceperunt, illum lux quaedam
inlustrauit, illum uero alium quasi flamma succendit. Orauit ergo
episcopus Deum de singulis quae ei ostensa fuerant edoceri. Adstans

10

LVI — MVPELS uno] omni E potest homo reconciliari Deo] de
Deo reconciliatur S p. h. reconciliare Deo L

1 — MVPELS 1 Abbas Sisoius] abba Sisonius S 1-2 solebat replicare
sermonem] sermone s. r. L 2 mane] me S 3 pro] post S 4 pecca-
tis om. MV et ne ulterius] et (ut add. P) u. non PL 5 statuet S

2 — MVPES om. L 1 patribus] fratribus P 2 ex plebe sua
duos E 3 ergo] itaque E ita] ergo add. P cognosceret S 4 ad
communionem] om. V sup. lin. M accederet] et add. E 5 intelle-
geret E et om. PE peccatorum PES 6 carbo PS uero] autem S
7-8 in quorundam uultibus lumen] in q. u. flame l. S om. P 8 in quorundam
uero flamma om. S uidebat PS 9 agnosceret E audierat PS 10 eis¹]
illis P ipse] in se V om. P eis²] his E clara om. P et
om. P honorabile] -em V -i PS 10-11 albisque uestibus] uultu S
nigrum et horribile uultu] n. et horribilem (horribiliorem S) uultu (-m V) VES
horribili et nigro uultu P 12 diuinam P mysterii om. PS susceperunt]
-rant P perceperunt E 13 flammam V 14 quae ei ostensa] quae o. ei P
eis quae o. P fuerat M

- 15 autem angelus Domini dixit ei: Omnia quae de ipsis audisti uera sunt. Sed ille unus adhuc in sordibus suis permanet et in uoluptate peccandi. Ideo illum nigra facie et flamma succendi uidisti. Ille autem alter similis quidem illi erat sicut audieras, sed ideo illum clara facie inlustrari uidisti quia recordatus de his quae prius fecit et renuntians illis
20 operibus cum lacrimis et gemitibus Dei misericordiam postulauit, promittens ut si praeterita illi fuissent remissa peccata ulterius ad ea numquam rediret. Et ideo prioribus criminibus deletis ad hanc gratiam quam uidisti peruenit. Cum autem episcopus de gratia Dei miraretur eo quod non solum de tormentis tam turpis uitae hominem
25 liberum statuerit, sed etiam tanto honore decorauerit, respondens angelus dixit: Bene miraris; homo enim es. Nam Dominus noster ac uester naturaliter bonus et humanus est cessantibus a peccatis. Petentibus enim semper confessionem non solum tormenta peccati dimittit sed honore efficit dignos. Sic enim Deus dilexit homines ut
30 unigenitum filium suum pro peccatoribus destinaret et pro ipsis daret ad mortem. Qui ergo dum inimici eius essent, mori pro ipsis elegit, quanto magis quando illius proprii fiunt. Hoc ergo scias quoniam nullum peccatum humanum bonitatem Dei uincit si tantummodo per poenitentiam unusquisque ea quae prius fecerit aboleuerit mala. Misericors enim Deus et infirmitatem generis uestri scit et passionum fortitudinem et diaboli uirtutem uel malitiam. Et cadentibus omnibus
35

LVI, 2 lin. 29-31: *Sic... mortem* — cf. Jo. III, 16.

lin. 31-32: *dum... fiunt* — cf. Rom. V, 10.

15 Domini dixit ei] D. (et *add.* S) d. ad eum PS 16 permansit S
in² *om.* PS uoluptate] uoluntate P 17 illum] ille E et] a S
uidisti *om.* V 18 quidem illi] i. q. P quidem *om.* ES audieras]
uidisti P audisti V 18-19 uidisti illustrari VP 21 ut] autem V si
om. M illi fuissent remissa peccata] i. fuisset r. p. E p. f. r. i. S ea]
eam M eadem PES 22 numquam] non PES criminibus] omnibus E
23 uidisti] audisti S autem *om.* P 25 statuerit] eruere P decorauerit]
-rat S decorauit P respondit S 26 dixit *om.* S 27 et humanus est]
est et h. E et h. e. misertus P 28 petentibus] penitentibus P enim *om.* E
semper] se pro E *om.* S solum] quia *add.* ES peccati *om.* PES
29 remittit M sed] et *add.* E dilexit Deus M homines] omnes P
30 filium *om.* S 31 qui ergo dum inimici eius essent] q. e. d. i. eius erant E cum
ergo minime essent sui P 32 hanc E ergo *om.* P 33 humanum] homi-
num PS 33-34 per poenitentiam *om.* S 34 aboleuerit *om.* E 35 enim]
ergo P uestri scit et passionum] nostri s. et (scitque S) p. (passionemque
et P) PS 36 cadentibus] quidem *add.* ES

in peccato tamquam filiis indulgens sustinet emendationem; poenitentibus uero tamquam languidis conpatitur et mox soluens peccata eorum iustorum illis etiam praemia tribuet. Audiens uero haec episcopus miratus est et glorificauit Deum.

40

3 — Abbas Paulus Simplex habebat hanc gratiam ut ingredientes in ecclesiam senes aspiceret et ex ipsa facie eorum uniuscuiusque cogitationes seu malae essent seu bonae sentiret. Cum ergo uenissent ad ecclesiam et ingrederentur, senex uidit eos clara facie et laeta anima ingredi et angelos eorum cum gaudio pariter cum ipsis. Vnum autem uidit nigrum et nebulosum habentem corpus et daemones hinc atque inde trahentes eum ad se, misso freno in naribus eius, et angelum eius sanctum de longe sequentem tristem. Beatus ergo Paulus coepit flere et pectus suum tundere, sedens ante ecclesiam, propter eum quem talem uiderat. Omnes autem alii senes uidentes eum sic flentem coeperunt rogare ut si quid in illis uidit manifestaret aut cum eis ingrederetur in congregatione. Ille autem noluit ingredi, sed semper fleuit propter eum quem sic uiderat. Post paululum autem, cum absoluta congregatione discederent, iterum omnium uultus circuminspiciebat si tales egrederentur quales ingressi sunt. Et uidit illum quem antea uiderat

5

10

15

37 filius V sustinens P 38 soluet E 39 illis etiam praemia tribuet] e. illis p. (om. V) t. (-it P) VP uero haec] h. u. E u. hoc V autem S om. P episcopus] sanctus add. S 40 glorificabat ES

3 — MVPELS 1 abba ES ut] et EL 2 ecclesia M senes] senex S om. P aspiceret om. V ex om. VP facies P 3 malae essent seu bonae] mala e. s. bona S b. e. s. malae (-a L) EL uenissent] ueniret populus P 4 ingrederentur M senes MVEL animi M 5 ingredientes P et om. P angelorum E 6 et nebulosum habentem corpus et om. V 6-7 daemones hinc atque inde trahentes] t. d. h. a. i. V d. hinc (hic L) atque (ac S) i. trahentes (tractantes P) PLS 7 eum om. P 7-8 sanctum eius PE 8 ergo] autem PS 9 quem] qui L 10 alii om. S flentem] flere V coeperunt] eum add. S. 11 rogare] eum add. EL si quid in illis uidit manifestaret] si quid (quidem M quis E) in (om. E) i. u. m. ME ea quae uiderat m. eis P 12 congregationem S flebat PELS 13 paulum S autem] uero P 13 cum] quam E om. P congregatione] cum omnes add. P 14 discederent] -et VS descenderent P iterum omnium uultus circuminspiciebat] similiter eos inspexit P i. o. u. circumspiciebat (conspiciebat E) ELS si] utrum V om. M 15 ingrederentur S illum om. V ante S uideret E

- nigrum et nebulosum egressum de ecclesia clara facie, candido corpore et daemones de longe sequentes eum, sanctum autem angelum eius prope eum hilarem et gaudentem super eum nimis. Tunc Paulus exurgens cum gaudio, uociferatur benedicens Deum ac dicens: Quanta
 20 misericordia et bonitas Dei est! Quanta miseratio eius est! Et ascendit in loco altiori et magna uoce dicebat: Venite et uidete opera Dei; uenite et uidete quemadmodum Deus homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire. Venite, adoremus eum dicentes: Quia tu solus potes peccata tollere. Cum autem omnes conuenissent, exposuit
 25 eis Paulus quae uidisset antequam ingrederentur in ecclesiam et postea. Et petebat illum fratrem quem sic uidisset ut ei manifestaret cogitationes suas uel quemadmodum tantam commutationem Deus illi donasset. Ille uero ante omnes coepit referre dicens: Ego homo sum peccator et in multis temporibus istis semper fornicationi fui deditus.
 30 Ingressus autem nunc in ecclesiam Dei, audiui uerba Esaiiae prophetae, magis autem Dei per ipsum loquentis: «Lauamini, mundi estote et tollite malitias de animabus uestris ante conspectum oculorum meorum, discite bene facere et quaerite iudicium, et si fuerint peccata uestra ut coccinum sicut nix dealbabuntur; et si uolueritis et audieritis me
 35 bona terrae comedetis». Ego autem fornicator, conpunctus in hoc

LVI, 3 lin. 21: *Venite... Dei* — cf. Ps. XLV, 9.

lin. 22-23: *Deus... uenire* cf. I Tim. II, 4.

lin. 23: *Venite adoremus* — cf. Ps. XCIV, 6.

lin. 24: *solus... tollere* — cf. Marc. II, 7.

lin. 31-35: *Lauamini... comeditis* — Is. I, 16-19.

16 facie] et *add.* S candidoque L 17 autem] uero P 18 eum]
 illum S 19 uociferatur] -abatur E uociferebatur L ac dicens quanta]
 atque d. quam S 20-21 est et ascendit in loco altiori et] est (*om.* L)
 -ens in l. a. (a. l. EL) PELS 21 uenite et uidete opera Dei] *om.* PEL
 22 Deus homines uult] D. u. h. V omnes u. P omnes h. D. u. E u. D.
 omnes h. L omnes h. u. D. S agnitionem] cognitionem ES 24 potes
om. V tollis V 25 eis] eos S priusque *add. dub.* S 25-26 Paulus...
 uidisset ut *om.* S 25 uiderat P ingrederetur VPE in *om.* E ecclesia M
 et postea] et quae p. PEL *om.* V 26 petebant E uiderat P eis E
 manifestare S 27 illi Deus S 28 uero ante omnes] autem omnibus P
 30 nunc *om.* PS ecclesia MS Dei *om.* L uerbum P 31 Dei] de L
 Deus P per *om.* L loquentem P lauamini] leuamini V *om.* PES et
om. L 32 malitiam E conspectu MEL 33 et¹ *om.* ES 34 ut]
 tamquam PELS sicut] quasi V tamquam E albabuntur P 35 come-
 detis] manducabitis E

sermone prophetae et ingemescens intra pectus meum, dixi ad Dominum:
 «Domine, tu es qui uenisti saluare peccatores. Haec ergo quae nunc
 per prophetam promisisti, opere conple in me indignum et peccatorem.
 Ecce enim amodo profiteor tibi et ex omni corde meo confiteor quia
 ulterius hoc malum non faciam, sed renuntio omni iniustitia et amodo
 seruio tibi in conscientia munda. Ab hoc die ergo, Domine, et ab
 hac hora suscipe me poenitentem et adorantem te et renuntiantem
 omnibus peccatis. Iuravi etenim et statui apud me seruare omnes
 iustificationes tuas». Sub hac ergo sponsione egressus sum de ecclesia:
 statui apud me nihil de prioribus peccatis ulterius facere. Omnes
 ergo senes audientes exclamauerunt una uoce ad Dominum dicentes:
 Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia
 fecisti!

LVII—QVIA ET IN PROPOSITO POENITENTIAE
 SI TRANSEAT HOMO TAMEN SVSCIPITVR

1—Quidam frater uenit ad abbatem Poemenem dicens ei quod
 grandem tentationem passus esset. Et respondit senex: Fuge de loco
 illo quantum tribus diebus ac noctibus ambulare potes et fac annum

LVI, 3 lin. 43-44: *seruare... tuas* — cf. Ps. CXVIII, 8.

lin. 47-48: *Quam... fecisti* — cf. Ps. CIII, 24.

36 sermo E et om. M ingemiscens PS 37 saluare] nos add. E hoc VS
 38 per prophetam promisisti] promisit propheta P prophetae p. ES opera P
 39 amodo] modo P admodo S tibi om. S et ex omni corde meo confiteor
 om. P 40 sed] quia add. S abrenuntio PL iniustitiae VLS 41 hoc
 die ergo] hac ergo die P hodie ergo (om. E) ELS Domine om. PE 42 me
 om. E et adorantem te] te adorantem E om. MV et² om. P 43 pecca-
 tis] meis add. PEL enim PELS et om. V me] per Deum caeli add. P
 44 sponsione] promissione L ecclesia] et add. L 45 statuens PS de] ope-
 ribus add. E om. P prioribus peccatis] p. peccatis meis E prioribus meis p. L
 46 senes] haec add. L audientes om. P una uoce ad Dominum] ad D. una u. P
 uoce (-m L) ad Dominum (Deum S) LS una om. ELS 47 quam] quia E

LVII—MVPELS et om. PES preposito ML tamen om. PS sus-
 cipitur] -iatur E -iat Deus P a Deo add. L

1—MVPELS 1 Poemen L 2 est L et om. VPELS respon-
 dit senex] r. s. dicens ELS om. V 3 illo] in loco L isto P tres EL
 ac] uel S

- integrum ieiunans usque ad noctem. Cui ille: Si mortuus fuero ante-
 5 quam annus transeat, quod de me fiet? Dicit ei abba Poemen: Con-
 fido in Domino quia si cum tali proposito a me fueris egressus ut hoc
 perficias, etiam si mox mortuus fueris suscipitur poenitentia tua apud
 Deum.

- 2 — Quidam frater sedebat in cella in Aegypto in magna humilitate
 praecipuus. Habebat autem sororem in ciuitate meretricem, quae
 multis animabus perditio fuerat. Frequenter ergo insultabant senes
 illi fratri et uix potuerunt eum suadere ut ueniret ad eam quatenus
 5 per admonitionem suam posset peccatum quod per eam fiebat euincere.
 Dum autem ueniret ad locum, quidam ex notis uidens eum, praecessit
 et nuntiauit illi dicens: Ecce frater tuus uenit ad te. Illa autem prae
 gaudio, relictis amatoribus suis, quibus ministrabat, capite discooperto
 ad occurrendum fratri egressa est. Dum autem tentaret eum amplecti,
 10 dicit ei: Soror mea carissima, parce animae tuae, quoniam propter te
 multi perierunt. Et quemadmodum poteris sufficere amara illa aeterna
 tormenta? Illa autem contremescens dicit ad eum: Et scis, frater,
 quia erit mihi salus uel amodo? Cui ille: Si uolueris est salus. Illa
 autem iactans se ad pedes fratris petebat ut eam secum duceret in
 15 deserto. Cui frater: Vade et cooperi caput tuum et sequere me. Cui

4 ieiunans usque ad noctem] i. (-una E) u. ad nocte EL cui]
 tunc P 5 quid PELS fiet] sit S abba Poemen] abbas Poemenem V
 6 in Domino] in Deum ES om. P si cum tali proposito a me] dum in t. p. P
 si cum a me t. p. S fueris] fieris L 6-7 egressus... fueris om. P 6 egres-
 sus] segregatus E agressus S 7 proficias L mox om. E tua om. E
 2—MVPELS 1 in cella in Aegypto] in c. (-am L) in (om. L) Ae. (-um E) EL
 in³ om. PE humilitate] utilitate MV 2 sororem in ciuitate] in c. s. P
 s. in ciuitatem E 3 ergo insultabant senes] s. insultabant S 4 illi
 fratri] illi alii fratres P eum om. S suadere] -i MV persuadere PEL
 5 posset] posse P om. L 6 notis] nostris E noctis S 6-7 praecessit
 et] et illi praecedens S 7 illi] sorori L om. S autem om. PE
 8 decooperto E 9 currendum E eum amplecti] e. (eam S) complecti PELS
 10 ei] ea L 10-11 quoniam... perierunt om. L 10 quoniam] quia S
 11 perierunt] pereunt PES 11-12 sufficere amara illa aeterna tormenta] sufferre a.
 i. ae. t. (t. ae. E) PES a. i. ae. t. sufferre L amara om. MV aeterna om. MV
 12 autem om. V contremiscens P dixit L 13 erit] est PELS amo-
 dum MV cui] at L salus om. S 14 fratris] eius PE 15 et¹ om. PE
 operi MV

illa: eamus, ait. Oportet enim mihi deformari inter homines nudo capite ambulanti quam in officina peccati me iterum ingredi. Dum autem pariter ambulassent monebat eam ad poenitentiam. Videns autem quia quidam obuiarent sibi, dicit ei: Quoniam necdum omnes sciunt quod soror mea es, parum de uia secede donec transeant. Et post transgressos illos uocat eam: Eamus, soror, uiam nostram. Illa autem non respondente, perquirens inuenit eam mortuam et uestigia pedum eius plena sanguine. Erat enim discalceata. Cum autem senibus renuntiasset factum, contendebant inter se de saluatione eius. Manifestauit autem Deus uni seni de ipsa: «Eo quod nulla illi cura fuit de corporali re, sed et uulnus proprium neglexit, neque suspirauit in tam grandi plaga, propterea suscepi poenitentiam eius».

3— Quidam ex patribus referebat eo quod aliquis frater, uolens discedere in solitudine, a matre propria prohibebatur. Ille uero dicebat: Saluare uolo animam meam. Cum autem non potuisset retinere mater, dimisit eum. Ille uero ueniens in solitudine per neglegentiam omnem uitam suam consumebat. Contigit autem ut mater eius moreretur, et post aliquod tempus factus ipse infirmus et raptus est in extasi ad iudicium et inuenit ibi matrem suam cum his qui iudicabantur. Illa

16 illa *om.* E eamus ait] a. e. E e. inquit frater L ait *om.* P me VPE deformare E 17 ambulare E quam in officina] quia in officina V me iterum] mei i. (atrium S) PELS 18 ambularent PELS monebat] autem *add.* P 19 autem *om.* S quia] qui L quidam] quidem ME quedam L dixit P quoniam] quia S omnes] homines MV 20 quod] quia S secede] recede E 21 post transgressos illos uocat] transgressis illis u. (-auit P) PE eam] frater *add.* L uia nostra M 22 non respondente] n. respondentem L r. minime S perquirens inuenit eam] p. eam i. illam S 23 autem] frater ille *add.* P 24 senibus] *om.* V *sup. lin.* M intra L saluatione] salutatione V 25-26 illi cura fuit] c. i. f. E c. f. ei S 26 re] ire V et uulnus proprium] in u. p. se ipsam P et *om.* S nec S 27 grandi plaga propterea suscepi] g. (-e L) plaga (dolore P corporis *add.* L) p. suscepit (*om.* V) Deus VPEL

3— MVPELS 1 quidam] frater *add.* P patribus] fratribus VS 2 solitudinem PES propria] ire *add.* S uero] autem L ad eam *add.* P 3 uolo] desidero E potuisset] eum *add.* L retinere mater] m. r. E r. illum m. P 4 solitudinem PELS 4-5 omnem uitam suam consumebat] o. u. s. consumabat ME consumauit o. u. s. S 5 contingit V autem *om.* S eius] sua L 6 aliquod tempus] t. a. PES t. aliquid L factus] est *add.* PE est et *add.* L et raptus] raptusque EL et *om.* PS est *om.* S extasi] -im ductus P 7 iudicium] uenit *add.* S ibi *om.* PELS

- autem cum uidisset eum obstipuit dicens: Quid est hoc, fili, et tu in hoc loco es condemnatus? Et ubi sunt uerba illa quae solebas dicere:
- 10 «Saluare uolo animam meam»? Erubescens ergo in quibus audierat nihil habebat quid responderet. Et ecce uoce facta ut hic reuocaretur, tamquam altero iussu ex coenobio frater transiret, reuersus ad se haec ipsa quae cognouerat adstantibus nuntiabat. Ad confirmationem sane uerborum suorum conpulit ut aliquis de adstantibus ad coenobium
- 15 iret et uideret si transiret frater eiusdem nominis de quo audierat. Et qui profectus est inuenit ita. Ipse uero postquam sanus effectus est, reclusit se et sedit cogitans de salute sua, poenitens et lacrimans super his quae fecit prius in negligentia. Tanta autem erat eius conpunctio ut cum multi eum rogarent paululum requiescere ne forsitan noxium aliquid pateretur per incessantem fletum, ille nolebat dicens: Si
- 20 matris meae inproperium non portauim quemadmodum praesente Christo et angelis eius in diem iudicii aut inproperia aut poenam portabo?

4 — Quaedam fuit meretrix nomine Taisis tantae pulcritudinis ut paene multi propter eam, uenditis substantiis suis, ad ultimam peruenirent paupertatem, sed et litibus amatorum inter se consertis, fre-

8 uidisset] iudicasset P obstipuit] obstupuit VP stupuit S est hoc] h. e. E hoc om. P et tu om. L 9 loco] saeculo ductus P deductus add. ELS condemnatus om. L illa uerba PEL dicere] quoniam add. PEL quia add. S 10-11 audierat nihil habebat quid] a. n. habens quid (quod P) PS audiebat stabat n. habens quod EL 11 et om. P ecce] subito add. P uoce facta] f. u. P uox f. V uox f. est L u. altera f. S ut] cum S 12 tamquam altero iussu] t. (in add. V) a. iussu MV frater transiret] fratre (-em E) transire MVPES haec] ex P 13 nuntiabat] referebat PELS confirmatione ML 14 suorum om. V aliquis de] a. (-i ES -id L) ex PELS 14-15 ad coenobium iret] i. ad c. E ad c. irent S 15 et uideret om. P transiret frater eiusdem] transit f. e. (eius P) PE nomine MV 16 et om. P est om. P 17 et sedit om. S et lacrimans] et cogitans de salute sua perlacrimans S 18 his] ipsud E in negligentia tanta] in (om. L) -am t. (-i M) MVL 18-19 erat eius conpunctio] e. erat c. (compassio E) EL 19 rogarent paululum requiescere] r. (ut add. PE) p. -eret (requisce V) VPES forsitan] forsitan V forte E 20 incessante fletu M 21 inproperium] imperium S praesente] Domino Iesu add. L 22 die S aut¹ om. PE inproperia] inpropria M in opprobria V poenam correxi: poena MV tormenta PELS

4 — MVPES om. L 1 tantae] cui tantae inerat P 2 uenerunt E 3 amatorum inter se consertis] i. se c. amatores sui (amatoribus suis P) PE a. in se confertis S

quenter sanguine iuuenum puellae limina replebantur. Quae cum
 abbas Paphnutius conperisset, sumpto habitu saeculari et uno solido, 5
 profectus est ad eam in quadam Aegypti ciuitate, deditque ei solidum
 quasi pro mercede peccati. At illa accepto pretio: Ingrediamur, inquit,
 domum. Cumque illum ingressum ut lectum pretiosis stratum uestibus
 conscenderet inuitaret, dicit ad eam: Si est interius cubiculum in ipso 10
 eamus. Illa autem dixit: Est quidem, sed si homines ueris nec in
 hoc exteriori cubiculo ullus ingreditur, si uero Deum times non est
 locus quod diuinitatis eius oculis abscondatur. Quod cum audisset
 senex, dicit ei: Et scis esse Deum? Cum autem illa respondisset et
 Deum se scire et regnum futuri saeculi necnon et tormenta peccatorum,
 dicit ei: Si ergo haec nosti, cur tantas animas perdidisti ut non solum 15
 pro tua sed et pro illorum reddita damnatione damneris? Quod cum
 Taisis audisset, prouoluta ad pedes senis, cum lacrimis exorabat dicens:
 Scio esse poenitentiam, pater, et confido remissionem te orante sortiri.
 Tantum peto tribus horis indutias et post hoc quocumque iusseris
 ueniam et quodcumque praeceperis faciam. Cumque locum illi abbas 20
 constituisset quo uenire deberet, illa discedens, collectis omnibus quae-
 cumque ex peccato susceperat, perlatisque in medio ciuitatis, ignem
 populo expectante adposuit clamans: Venite omnes qui peccastis mecum
 et uidete quomodo ea quae mihi contulistis exuram. Erat autem

4 sanguinem ES 4-5 limina replebantur quae cum abbas] limine r.
 quod cum abba E 5 sumptu E 6 quadam Aegypti ciuitate deditque] q.
 (quandam E) Ae. c. (c. Ae. S Ae. -em MPE) d. (-it V) MVPES 7 pretio]
 dixit *add.* P inquit] in *add.* PES *om.* P 8 cumque illum ingressum] quae cum
 illa ingressa P ut] ad PE stratum *om.* V 9 conscendere PE interius
om. V in] ad P ipso] -am V -um P 10 quidem] quodam S homines]
 omnes M omnes *add.* V nec *om.* S 11 cubilo P ullus ingreditur si uero
 Deum times] nullus i. si u. (autem P) D. (Dominum P) PES 12 quod] qui VS
 oculi M abscondatur] -antur M -amur PE 13 dixit ES ei] ad eam P
 et¹ *om.* P Deum *om.* S cum autem illa respondisset *om.* V 13-14 et Deum
 se scire] se D. nosse E 15 ei] ad eam P hoc V 16 sed et pro illorum]
 et *om.* E *om.* S reddita damnatione damneris] r. ratione damneris (dam-
 naberis S) ES damnatione eris punienda P 17 prouoluta ad pedes senis *om.* E
 18 pater *om.* P orantem E 19 indutias] indutus M induceris V
 haec S 20 uenio P quaecumque P locum illi abbas] a. l. i. V
 illi *om.* S 21 deberet illa discedens] d. (debeat S) i. descendens PES 22 perla-
 tisque] prolatisque S paratisque V medio ciuitatis] mediam ciuitatem PE
 media ciuitate S 23 expectantes M subposuit PES

- 25 pretium rerum librarum auri quadringentarum. Quae cum omnia
 conbussisset, in loco quo abbas ei constituerat perrexit. Quam ille
 repperito uirginum monasterio in cellula illic parua concludens, ostium
 cellae plumbo signauit, paruamque reliquit fenestram per quam illi
 uictus modicus inferretur. Iussitque ei diebus omnibus parum panis
 30 et paululum aquae a ceteris ministrari. Cum autem, ostio plumbato,
 discederet, ait ad illum Taisis: Quo iubes, pater, ut aquam meam effun-
 dam? At ille respondit: In cella, sicut es digna. Cumque iterum
 quemadmodum deberet orare requireret, dixit ei: Non es digna nominare
 Deum neque in labiis tuis nomen diuinitatis eius adducere, sed nec ad cae-
 35 lum manus expandere quoniam et labia tua iniquitate plena sunt et manus
 tuae sordibus inquinatae. Sed tantummodo sedens contra Orientem
 aspice, hunc sermonem solum frequenter iterans: Qui plasmasti me,
 miserere mei. Cum ergo tribus annis ita fuisset inclusa, condoluit
 abbas Paphnutius et mox profectus est ad abbatem Antonium ut ab
 40 eo requireret si remisisset illi Deus, si non. Cum ergo peruenisset et
 totam illi causam subtiliter narrasset, conuocatis discipulis suis, abbas
 Antonius praecepit ut illa nocte omnes uigilarent et in oratione persisterent
 singillatim, quatenus uni alicui ex his declararet Deus causam
 pro qua abbas Paphnutius ueniret. Cum ergo ita singuli secessissent
 45 atque incessanter orarent, abbas Paulus Maior, discipulus beati Antonii,
 uidit subito in caelo lectum uestibus pretiosis adornatum, quem tres

25 pretium *om.* S rerum *om.* PE librarum] autem *add.* V quadringento-
 rum VE 26 conbussisset] conbursisset V consumasset E consumpsisset P
 quo abbas ei constituerat] q. (quem E) a. c. ei PE ei *om.* S 27 repperito uirgi-
 num monasterio] r. m. u. P u. m. r. S illuc E concludens] conclusit P
 claudens E 28 fenestram] fenestrelam P fenestellam E illi] ei PE
 29 modicum E diebus omnibus] o. diebus (-erum E) PE parum] paris E
 30 aquae *om.* S ministrare PE 31 Taisis] transire S 32 at ille *om.* P
 digna es PES 33 quemadmodum deberet orare requireret] q. Deum d. o.
 (rogare S) r. (*om.* PS) PES 34 nec P adducere] dicere P nec] neque S
 ad] in P 35 expandere] expandas P extendere E quoniam] quia S
 et¹ *om.* S sunt plena PE manibus V 36 inquinatae] iniquitate S sedens]
 sta P 37 aspice] et *add.* P itera P 39 est *om.* E 40 requireretur V
 si²] aut E 40-41 peruenisset et totam illi] -ent et t. i. E uenisset et t. illam S
 et *om.* V 41 causam] clausam M subtili V enarrasset PE abba E
 42 nocte illa ut E orationem S 43 singillatim] singulatim M quatenus]
 qualiter P uni alicui ex his] unicuique ex his (ex h. *om.* P) PE u. ex h. a. S
 declarasset P 44 ueniret] -isset S uenerat PE ita singuli] s. i. V
 i. se s. E 45 atque] et PE 46 caelum S uestibus pretiosis] p. u. PE
 pretiosis *om.* V que M

uirgines clara facie custodiebant. Cum ipse diceret: «Non est alterius
 haec gratia nisi patris mei Antonii», uox ad eum facta est: Non est
 tui patris Antonii, sed Taisis meretricis est. Quod cum mane facto
 abbas Paulus retulisset, cognita Dei uoluntate, abbas Paphnutius dis- 50
 cessit. Et profectus ad monasterium in quo fuerat reclusa, ostium
 quod obstruxerat dissipauit. Illa uero petebat ut adhuc ita perma-
 neret inclusa. Cum uero aperuisset eius ostium dixit ei: Egredere,
 quoniam remisit tibi Deus peccata tua. Illa respondit: Testor Deum
 quia ex quo hic ingressa sum, ex omnibus peccatis meis quae feci uelut 55
 sarcinam et statui ante oculos meos et sicut non discedit anhelitus ex
 naribus meis una hora, sic non discesserunt peccata mea ab oculis
 meis, sed flebam semper illa conspiciens. Cui abbas Paphnutius res-
 pondit: Non propter poenitentiam tuam remisit tibi Deus, sed quia
 hanc cogitationem habuisti semper in animo. Et cum eam inde 60
 eduxisset, quindecim dies superuixit tantum et pausauit in pace.

LVIII — DE ORATIONE

1 — Cum quidam frater quemadmodum oraret beatum Macarium
 requisisset, respondit illi: Non sunt necessaria uerba superflua, sed
 extendere manus ac dicere: Deus, quomodo uis; Domine, sicut tibi
 placet. Si autem pugna in te uenerit, dicendum est: Deus, auxiliare.

47 cumque PES est *om.* ES 47-48 alterius haec gratia] h. g. a. E g. a. P
 48 patri E facta est *om.* P est²] *om.* V inquit *add.* P 49 patris tui S
 mane] magne S 50 cognitam M uoluntate] -em E reuelatione P
 51 inclusa PE 52 dissipabat S ita *om.* S 53 uero aperuisset] ergo
 aperuit S eius] *om.* PE ei ostium dixit E 54 quoniam] quia S
 dimisit P tibi *om.* V Deum] Deus V 55 quia *om.* E quae *om.* ES
 56 sarcina E et¹ *om.* P discedat V ex] a S de PE 57 discedunt S
 58 semper illa] super illam E 59 propter poenitentiam tuam remisit tibi Deus]
 r. t. D. propter p. tuam S tuam *om.* MV 60 in animo semper S 61 edu-
 xisset] extraxisset S et *om.* S

LVIII — MYPELS

1 — MVPLS *om.* E 1 frater quemadmodum oraret] patres q. -ent PLS
 2 requisisset respondit illi] -ent (perquisissent P) r. illis PLS superflua *om.* MV
 3 Deus quomodo uis] q. u. D. P D. q. tu u. L 3-4 sicut tibi placet] sic
 t. placeat P 4 in te uenerit] interuenerit PLS Deus auxiliare] a. D. S
 D. indulge, D. respice, D. succurre *add.* L

- 5 Ipse enim nouit quae nobis expediant et faciat nobiscum misericordiam suam.

2 — Idem dixit: Saepe petitionem nostram Deus utiliter differt, aliquotiens alia ex aliis praestans; et his quae praestat prouocat petentem ut persistat.

- 3 — Abbas Ioannes dicebat: Similis debet esse monachus homini sedenti sub arbore grande qui respiciens feras diuersas et serpentes uenientes ad se, cum non potuerit eis resistere, subit in arbore et saluatur. Ita et monachus sedeat in cella sua et respiciens prauas cogitationes
5 inimici uenientes super se, cum non potuerit eis resistere, confugiat per orationem ad Deum et saluatur.

- 4 — Idem dixit: Similis debet esse monachus homini habenti a sinistra parte ignem et ad dexteram aquam. Quotiens enim succensus fuerit ignis, tollet de aqua et extinguet illum. Sic oportet et monachum facere omni hora, ut quando cogitatio succensa fuerit ab inimico, tunc
5 aquam orationis fundat et extinguat illam.

LVIII, 1 lin. 5: *Ipsa... expediant* — cf. Luc. XII, 30; Mat. VI, 28.

lin. 5-6: *faciat... suam*. Expressio *facere nobis misericordiam* saepius occurrit in Vulgata, ex. g. Tob: VIII, 18; XII, 6; XIII, 8.

5 quae nobis expediant et faciat] q. (quod L) n. e. (-unt PL) et -it (-iet P) PLS

2 — MVPLS om. E 1 idem] item PL differret P 2 qui MVL petentem] poenitentiam MV

3 — MVPELS 1 abba S 1-2 debet esse monachus homini sedenti] e. d. m. h. (homo L) sedente EL 2 grandi P 3 subit in arbore et saluatur] subiit in a. (-em E) et (ut E) s. (-etur E) ELS 4 respiciat P 5 confugat E 6 per orationem ad Deum] super o. ad D. MV ad D. per o. E saluabitur E

4 — MVPELS 1 idem] item PL 2 dextera M 2-3 quotiens... aqua om. V 2 enim] si P succensus] -um M incensus L 3 ignis] -em M -e P tollat E extinguat E illum] illud EL om. P et² om. S 4 cogitatione P succensus P fuerit] uenerit E 5 aquam om. P orationis] -es P ab oratione E fundat] ef- (Deum add. L) PELS extinguat illam] -gat (-guit P) illum VP

LIX — ORATIO PRAEFERENDA OPERI

1 — Abbas Agathon cum tempus uenisset psallendi dimittebat operam suam, etiamsi parum esset imperfecta. Nec enim propter operam manuum ordinem religionis patiebatur infringi.

LX — AB OPERE AD ORATIONEM TAMQVAM
AD REQVIEM VENIENDVM

1 — Abbas Ammon uenit ad abbatem Achilam et inuenit eo quod per noctem grandem funiculum operatus esset et requisivit eum: Pater, dic nobis sermonem aliquem. At ille hoc tantum respondit: Ego a uespere usque modo uiginti ulnas funiculi operatus sum et in veritate non indigeo, sed propterea laboro ex omni uirtute mea, ut ad orationem tamquam ad requiem ueniam. Et ita iuuatus ille discessit.

5

LXI — EX EO QVOD EX OMNIBVS VIRTVTIBVS ORATIO
MAIOREM LABOREM HABEAT

1 — Abbas Agathon cum requireretur quae esset maior uirtus in uita hominis maiorem laborem habens, respondit: Ego ita suspicor

LIX — MVPELS oratio] de oratione S praefenda] proferenda ME perenda L

1 — MVPELS 1 abba S cum] dum P psallendi uenisset S 2 esset imperfecta] e. et (om. M) -am MV neque S 3 operam manuum] opera m. suarum PELS ordine MV religionis] Dei add. L infringi PELS

LX — MVPLS om. E ab opere ad orationem tamquam ad requiem] ab o. t. ad r. ad orationem P de o. et oratione t. ad r. L ueniendum] ueniendo P uenire L est u. S

1 — MVPLS om. E 1 abbas Ammon] abba Erimon S Achilam] ancyllam V eo quod] eum qualiter S 2 noctem grandem] n. (-e M) grande MV esset] fuisset PLS 3 hoc tantum om. V ego a om. S 4 admodo L 5 omni] uoluntate uel add. S 5-6 ut ad... ueniam om. S 6 et om. V ita om. L ille] illa V uirtutibus add. P

LXI — MVPELS ex¹ om. PELS laborem] uirtutem E habet L

1 — MVPELS 1 abba S requireretur] -ret S ab eo add. P 2 hominis] aut quale opus add. P maiorem laborem habens om. L

quia non sit maior labor quam Deum orare. Quia quotienscumque
 homo uoluerit orare festinant inimici impedire eum, scientes quia non
 5 aliunde sic confunduntur quomodo per orationem. Quamcumque
 autem uitam elegerit homo et in ea permanserit requiem possidebit.
 Orare autem usque ad ultimam uitam impedire nituntur daemones et
 ideo resistere illis labor est fortis.

Resistentibus enim daemonibus et prohibentibus orare, contra
 10 stantibus autem hominibus et certantibus in oratione peruenire, in
 utrisque non parua pugna consistit. Contendite ergo, filioli, in ora-
 tionibus uestris fugare contrarios et malignos daemones.

LXII — VBIQUE ORATIO PRAEMITTENDA PROPTER INSIDIAS ET SECVNDO ET TERTIO

1 — Abbas Zenon dum esset in Sceti egressus est nocte de cella
 sua et errauit et tres dies noctesque ambulans cecidit fatigatus usque
 ad mortem. Et ecce stetit ante eum infans habens panem et uas aquae
 et dicit ei: Exurge et comede. At ille surrexit et orauit, sperans esse
 5 phantasma. Cui infans: Bene fecisti quod orasti. Modo ergo surge
 et comede. Cui abbas Zenon non adqueiuit nisi secundo et tertio
 orasset. Et cum ille conlaudaret, iam tunc surrexit et comedit. Post

3 labor] uirtus P 3-4 quia... orare *om.* LS quotienscumque] quocumque V
 quotiens cum E 4 uoluerit homo P scientes] eum *add.* S non] num-
 quam P 5 confunduntur] -antur L -itur ES daemones *add.* P
 quamcumque] quacumque M quia cumque L 6 uita ML homo] in
 Deo *add.* P et] si PE 7 nituntur] conantur S 9 enim *om.* P
 daemoneis L orare] e *add.* P 9-10 contra stantibus autem hominibus et] con-
 tristantibus (c. astantibus V) a. h. (omnibus EL) et (*om.* E) VELS 10 in oratione
 peruenire] perueniens in o. P in o. prae- E 11 parua] praba L pugna
om. MV 12 fugare] -i E fugere S contrariis L et] uarios *add.*
dub. S malignos] spiritus *add.* P

LXII — MVPELS ubicumque E insidias et secundo] i. diaboli (*om.* P)
 et (*om.* S) bis PS

1 — MVPELS 1 abba S est] de *add.* V *om.* S 2 et errauit]
 orauit S et tres dies noctesque ambulans cecidit] tribus diebus et tribus noctibus
 perambulans ceciditque P 4 ei *om.* E surge LS at ille *om.* S
 5 phantasma] nia *dub.* S quod] quia VS ergo *om.* S exurge E
 6 abba L 7 oraret E in uerbo orasset *explicit mutilus textus Paschasii in*
codice M cum] Deo *add.* L

hoc dicit ei infans: Quantum ambulasti, tantum longe es a cella tua;
sed surge et sequere me. Et mox inuentus est ante cellam suam. Dicit
ergo ei senex: Ingredere in cella mea et fac nobiscum orationem. Et
ingresso sene in cella ille non conparuit. 10

LXIII — DE IVGITATE ORANDI

1 — Quidam frater requisivit senem ut ei sermonem diceret per
quem possit Christum adipisci. Cui senex: Labor et humilitas et
oratio sine cessatione possident Christum. Omnes enim sancti a
principio usque ad finem per haec tria saluati sunt. Nam requies et
uoluptates et iustificatio propria inpedimenta sunt animae. Omnes 5
enim paene per ea pereunt.

2 — Quidam abbas qui habebat monasterium in Palestina man-
dauit beato Macario episcopo Cypri: Quia orationibus tuis non negle-
ximus regulam, sed tertiam et sextam et nonam facimus. Ille autem
reprehendit eos mandans: Manifesti estis eo quod negligitis et uacatis
ab oratione aliis horis. Verus enim monachus sine cessatione aut 5
orationem aut decantationem psalmorum semper habet in corde.

8 haec S ei om. P 9 sed om. V ante] in S 10 ergo ei] e. illi L
ei e. S ergo om. P ingredere in cella mea et fac] i. (mecum add. S) in -am
meam et f. (dic S) PES nobiscum] mecum S nobis E 11 ingressus
senex E in cella] in cellam suam (om. P) PS et add. V om. L ille]
uero add. P infans add. L om. E

LXIII — VPELS Quia M a medio apophthegmatis praecedentis mutilus
est non amplius de eo loquemur.

1 — VPELS 1 senem] a sene (dicens add. E) PELS 2 possit Chris-
tum] Ch. p. S -et Ch. P cui senex om. L 3 possident] -et E enim
add. S omnes] homines V enim om. S 4 principio] et add. P ad] in L
5 uoluptates] uoluntas E uoluntates L animae om. ES 6 ea] haec L
eam E perierunt P

2 — VPELS 1 qui habebat] habens PS qui eras. E 2 quia ora-
tionibus tuis] o. t. pater (om. S) PS negleximus] negligimus P negligimus L
3 sed] secundum S et¹ om. PS 4 eo quod] q. non L negligitis]
-istis EL neglexistis S 4-5 et uacatis ab oratione] et (non add. S) uacastis
(uagastis P) ab (om. S) o. (-i S aut decantatione add. P) PES 5 monachus] est
qui add. L 6 oratione V decantationem] -e V decantatio L habetur V

LXIV — QVOD IVGITAS ORANDI PROPOSITVM DIABOLI
INPEDIAT

1 — Temporibus Iuliani imperatoris, quando ad Persidam est
profectus, unum ex spiritibus immundis transmisit Iulianus in Occi-
dentem ut ei responsum quoddam inde refferret. Cum autem ipse
diabolus quem Iulianus miserat uenisset in locum in quo monachus
5 nomine Publius maneret, perstitit ibi per decem dies immobilis non
ualens progredi ulterius eo quod monachus non cessabat ab oratione
nec die nec nocte. Et reuersus ad Iulianum sine effectum, cum requisitus
ab eo fuisset cur tardasset, respondit: Ego et tardaui et sine effectum
ueni; decem enim diebus permansi obseruans Publicum monachum si
10 forte cessasset ab oratione ut ego transirem, sed ille non requieuit et
ego inpeditus reuersus sum sine effectum. Tunc inpius Iulianus iratus
dixit: Quia reuertens faciam uindictam. Et intra paucos dies occisus
est. Vnde ex his unus qui cum eo fuerant profecti, compunctus omnia
sua erogauit pauperibus et uenit ad senem illum a quo factus est mona-
15 chus, uenerabili fine discessit.

LXIV, 1 lin. 13-14: *omnia... pauperibus* — cf. Mat. XIX, 21; Marc. X, 21;
Luc. XVIII, 22.

LXIV — VPELS iugitas eras. E

1 — VPELS 1 ad Persidam] in P. (-diam S) PS 2 immundis] mali-
gnis PELS Iulianus in Occidentem] in Occidente E 3 ei] eis E om. S
responsum quoddam inde referret] r. q. (quidam E condam L) i. referret EL
i. r. ferret S 4 Iulianus om. PELS loco PELS 5 maneret perstitit ibi
per] manebat p. (persistit E peresistit L praestitit S) ibi (-dem L) per
(om. PEL) PELS 6 ulterius] antierius VELS cessaret P 7 die nec nocte]
d. (-em E) nec (neque S) n. (-em E) ES reuersus] est add. E effectum cum]
affectum cum (-que L) VEL 7-8 requisitus ab eo] requireretur ab eo ubi P
8 affectum VEL 9 enim om. PE dies P Publicum L 9-10 si forte
cessasset] quotiens (ne ES ut L) f. cessaret PELS 10 ut] et P pertran-
sirem E requieuit] quieuit (orans add. L) PELS 10-11 et ego] tunc ergo P
11 affectum VEL 12 reuertens faciam uindictam et] r. f. in illum u. P si
reuersus fuero u. huic monacho restituens dabo sed Domino ordinante L paucos]
autem add. P 13 ex his unus] unus princeps ex his L unus om. PES
fuerant profecti compunctus] f. (erant L) p. (praefecti E) c. unus (om. L) PEL
14 quo] enim add. L est om. PES 15 uenerabili fine discessit] -e fide
usque in finem d. ad Deum L u. f. d. (decessit E) (in pace add. P) PE

2 — Abbas Daniel de beato referebat Arsenio eo quod sabbatorum die uespere, solem relucentem post dorsum suum dimittebat in oratione persistens, extendensque manus ad caelum non desistebat orare nisi altero die sol iterum oculos eius surgens impleret.

Ceteris autem noctibus peruigilans, prope diluculum cum uellet parum pro naturae fragilitate quiescere, dicebat somno: Male serue, ueni. Moxque sedens et parum claudens oculos exurgebat.

5

LXV — QVIA ET MANDVCANDO POTEST ORARE

1 — Dum fratres in ecclesia facta caritate comederent et loquerentur inter se, iratus abbas Esaias presbyter de eodem loco Pelusio dixit illis: Tacete, fratres. Scio enim unum fratrem comedentem nobiscum et bibentem calices quantos et nos et tamen oratio eius ascende-
bat in caelum ante conspectum Dei sicut ignis.

5

2 — Aliquando cum fratres in caritate comederent, unus risit in mensam. Quod cum uidisset abbas Ioannes plorauit dicens: Quid putas habet frater ille in corde suo qui risit cum magis debuit orare et plangere tamquam agapem comedens?

2 — VPES *om.* L 1 abba PS referebat Arsenio] A. dicebat P eo *om.* V 2 solem relucentem] s. lucentem P sole lucente *p. corr.* E sole reluscente S 2-3 orationem S 5 nocte P diluculo P 7 moxque sedens et parum claudens oculos exurgebat] mox s. (quiescens P) et p. c. (ut p. claudas S) o. e. (-ens S) PS

LXV — VPELS et] in V *om.* S manducandum L potest] homo *add.* S

1 — VPELS 1 dum] cum quidam (*om.* S) PS in ecclesia fratres L 1-2 loquerentur inter se iratus] col- i. se beatus S 2 abbas *om.* E Pelusio] Peludio V 3 illis *om.* P scio enim unum fratrem *om.* V enim] ego *add.* PE unum] ego quidem *add.* S comedentem] manducantem L 4 quantos et nos] q. (-is E) nos PE ascendet E 5 in] ad S conspectu PL sicut] fuit S

2 — VPELS 1 in²] ad P 2 uidisset] audisset P 3 ille frater S qui] quia P debuerat L 4 tamquam] quam L agapem] aquam et panem S comedere L

LXVI — QVOMODO SINE CESSATIONE ORETVR

- 1 — Quidam fratres cum ad abbatem nomine Lucium uenissent, requisiiuit eos senex dicens: Quod soletis manibus uestris operari? At illi dixerunt: Nos nihil manibus operamur, sed secundum quod dicit Apostolus sine cessatione oramus. Quibus senex: Non manducatis?
- 5 At illi professi sunt. Et dicit eis: Quando ergo comeditis, quis pro uobis orat? Et iterum requisiiuit eos dicens: Numquid non dormitis? Cumque illi se dormire dixissent, dixit eis: Quando ergo dormitis quis orat pro uobis? Et non inuenerunt quid responderent ei. Tunc dicit eis: Indulgete mihi quoniam non facitis sicut dicitis. Ego autem
- 10 dicam uobis quemadmodum manibus meis operans sine cessatione oro. Sedeo de mane et pauca palmarum folia infundo et facio inde funiculum dicens: Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates meas. Et numquid non est istud oratio? Cumque illi annuerunt,
- 15 dixit: Quando per omnem diem operatus fuero orans, plus minusue facio nummos sedecim. Et ex ipsis duos nummos do ad ostium et reliquum comedo. Quando autem comedo aut dormio tunc ille pro me orat et ita sine cessatione adimpleo orationem meam.

LXVI, 1 lin. 4: *sine... oramus* — cf. I Thes. V, 17.

lin. 12-14: *Miserere... meas* — cf. Ps. L, 3.

LXVI — VPLS *numerum et titulum capituli om.* E

1 — VPELS 1 cum ad abbatem nomine Lucium] dum ab abbate Lucio V ad a. n. Lucidum L uenissent] ad- PS -erunt et L 2 quid PLS operare E 3 operamus E 3-4 sed secundum... oramus *om.* E 3 secundum] sicut PS quod *om.* PS 5 at] et S eis] illis S 6 iterum *om.* S dicens *om.* PELS 7 illis L dixit] dicit PELS 8 ei responderent P 8-9 tunc dicit eis *om.* LS indulgete] i. (-ite ELS) ergo PELS quoniam] quia PS 10 dico E quemadmodum] sum *add.* S manibus meis *om.* S operans] et *add.* S 11 sedeo de mane et pauca] s. (sed eo VL) enim (*om.* V) m. (usque ad uesperum *add.* E) et p. (quidem *add.* L) VPELS infundo] findo P infido *p. corr.* L facio] ex *add.* ELS 12-13 pro magnam misericordiam tuam *habet* etc. S 13-14 pro dele iniquitates meas *habet* etc. S 14 meas *om.* L et *om.* E istud] ita P illi *om.* S annuerent ELS 15 diem] dicit V minusue] minus ES manus P minus quod L 16 ipsos L duos nummos] nummis d. P ostium] petenti *add.* PELS et² *om.* E 17 reliquos PS autem] ergo (aut *add.* EL) PELS 17-18 ille pro me orat] illi pro me orant P 18 sine *om.* L

LXVII — CONSTRINGENDA VAGATIO OCVLORVM
NE ABSTRAHATVR SENSVS AB ORATIONE

1 — Abbas Siluanus dum sederet in montem Sina, discipulus eius Zacharias ad quoddam ministerium proficiscens dicit ei: Abba, dimitte aquam in horto ut adaquetur quia ego ad responsum uado. Ille autem cooperuit faciem suam dum adaquaret et nihil aliud praeter uestigia sua uidebat. Contigit autem quendam fratrem conspicer eum eadem hora de longe et postquam reuersus in cella, uenit ad eum et coepit ab eo postulare dicens: Dic mihi, abba, quare faciem tuam cooperuisti et ita adaquabas hortum? Respondit senex: Fili, ne uiderent oculi mei arbores et sensus meus alienaretur ab opere quo erat intentus.

5

LXVIII — DE FIDVCIA PERFECTORVM IN ORATIONE

1 — Abbas Macarius dum semel de Sceti portans sportellas quas texuerat graderetur uiae labore defessus, resedit et dixit: Deus, tu scis quia amplius non ualeo ambulare. Et mox inuentus est ad fluuium unde adhuc multis habebat interuallis.

2 — Abbas Sisoius cum quodam tempore discipulus eius Abraham tentatus fuisset ab spiritu, manus extendit ad caelum dicens: Deus,

LXVII — VPELS de constringenda E uagatio] uagatione PE om. L abstrahantur E ab oratione om. L

1 — VPELS 1 abba S monte PS Sina] Sinay E 2 quoddam] condam E ministerium] monasterium VPES dicit ei] dixit abbati P om. S abba om. PS 3 responsum uado ille autem] responsionem u. i. uero E 4 et dum adaquaret (adaquaretur PS) PELS aliud om. E praeter] propter S 5 uidebat] -atur V uideret E 5-6 conspicer eum eadem hora] eadem h. c. e. PEL eadem h. om. S 6 postquam] est add. PS reuersus in cella] regressus in c. (-am PS) PELS 7 tuam om. E 7-8 cooperuisti et ita adaquabas] c. (operuisti S) ut ita -ares PS 8 respondit senex om. S fili om. E 9 meus] meos L opere quo erat] o. (-ibus P) orationis (om. P) q. (quibus P) e. (-am PL) PELS

LXVIII — VPELS perfecta V in oratione om. E

1 — VPELS 1 abba PS 2 texerat E uia PLS 3 ad] ante L 4 habuerat S interuallis] -ibus V inter ualens S

2 — VPELS 1 abbas Sisoius] abba Sisonius S eius] abba add. E 2 ab] a V tetendit PELS dicens om. V Deus] Domine E

uis, non uis, non desistam nisi eum sanaueris. Et confestim spiritu discedente sanatus est.

3 — Abbas Ammon ueniens in deserto ad lacum, uolens haurire aquam, uidit basiliscum et iactans se in faciem dixit: Domine, aut ego moriturus sum aut iste. Et mox basiliscus per uirtutem Dei dissipatus est.

4 — Discipulus abbatis Besarionis nomine Dulas referebat eo quod dum pariter ambularemus per uiam iuxta litus maris contigit me sitire. Et dixi seni: Sitis me macerat. Qui facta oratione iussit me de mari aquam tollere et bibere. Quam cum bibissem et dulcissimam
5 reperissem, uasellum quod mecum fortasse portabam impleui. Quod ut uidit senex ait ad me: Quare implesti? At ego: Indulge mihi, abba, timeo ne forte etiam in ante sitiam. At senex respondit: Indulgeat tibi Deus, quia hic et ubique Deus est et potest tibi dulcem aquam praestare.

3 uis¹] uis aut *add.* P *om.* S non desistam *om.* V 3-4 spiritus discedens P

3 — VPLS *om.* E 1 Ammon] Annusio S in deserto] in desertum L *om.* S uolens] uolensque S *om.* P 2 basilicum S faciem] suam *add.* S Domine] Deus L aut ego] ante hic P 3 basiliscus S Dei *om.* V

4 — VPELS 1 discipulus abbatis Besarionis] d. abbati B. V a. B. d. S nomine *om.* V Dulas (Δουλάς): Dulus VPELS 2 dum *om.* S 3 sitiri P qui] cum P quid E quod S 4 aquam de mari P et bibere *om.* S cum] tulissem et *add.* S 5 uasellum S quod mecum fortasse] q. m. forte E fortem q. m. L fortasse *om.* PS quod²] quem E 6 ait] dixit P quare implesti] uas aquam (aqua P aquae S) *add.* PES *om.* L at] et P 7 etiam *om.* PS in *om.* ELS ante sitiam] antea s. PE antiscitiam L at] et P respondit] mihi (dicens *add.* S) *add.* PELS indulgeat] inquit *add.* S 8 Deus] Dominus P inquit *add.* EL ubique] usque S tibi dulcem aquam] ibi d. a. V dulcedinem aquae tibi E tibi *om.* S 9 praestare] Potens est Dominus in omni loco seruis suis reficere *add.* L

LXIX — QVIA ORATIO VIRI PERFECTI ETIAM
MORTVIS PROSIT

1 — Abbas Macarius dum ambularet in deserto caput mortui cuiusdam pronum inuenit in terra. Quod postquam cum baculo suo conuertit uocem uisum est emitte. Quod senex quisnam esset interrogat. At ille respondit: Ego quidem princeps eram sacerdotum idolorum ex gentibus quae hoc loco habitant; tu autem Macarius es spiritu diuino repletus. Quacumque hora misertus eorum qui in poena sunt pro his oraueris, consolationem aliquam consequuntur. Cui senex: Et quae est consolatio uel quae poena? Responde! At ille altius ingemescens: Quantum, inquit, caelum distat a terra, tantum ignis altus est, in quo medio sumus a pedibus usque ad caput undique perfusi. Nec cuique licet faciem alterius intueri, sed facies nostrae dorso coniunctae sunt. Cum autem oras pro nobis ex parte nos uidemus alterutrum et hoc nobis pro consolatione constat. His auditis lacrimas senex effudit dicens: Vae die illa in qua homo mandatum Dei transgressus est. Et iterum ab eo si esset altera poena maior requirit. Cui ille respondit: Est poena maior. Sunt enim alii a nobis multo inferius. Cumque qui essent illi senex interrogasset, ille respondit dicens: Nos quidem qui Deum non nouimus misericordiam

LXIX — VPLS om. E. quia om. P. prodest P

1 — VPLS om. E. 1 abba PS desertum S 1-2 cuiusdam mortui S 2 pronum] -i V om. P cum om. PLS 3 uocem uisum est] u. uisus e. V u. e. uisus P u. e. uisum L uisum e. u. S emitte] Hic sanctus Macharius caput mortui pro poena interrogat add. P quod] at PS interrogat] -asset L -auit S 5 ex gentibus] gentiliu P et g. L gentilibus S quae] qui in PLS habitabant P es Macarius PLS 6 quacumque] autem add. PL 7 his] eis PLS aliquam consequuntur] a. -antur L -entur a. S 8 respondit V 9 ingemiscens PS distat om. V 10 igni p. corr. L 11 nec cuique] necuiquam L ne c. S nostrae] a add. P 12 dorso] deorsum S sunt coniunctae L 13 hoc om. P his auditis] insuaditis dub. P 14 lacrimans PS senis L effudit] effundit L om. S dixit S die illa] dies i. P dies ille L diei illi S in om. L quo S 15 iterum] senex add. P 15-16 ab eo si esset altera poena maior requirit] requirens ab eo si e. a. p. m. V ab eo si (om. P) esset (est P) a. p. m. inquit (om. P) PS 16 cui ille respondit] ille dixit P poena om. P enim om. PS a om. S 17 multum L qui essent illi senex interrogasset] q. e. i. s. -aret S -aret q. e. P 17-18 respondit dicens] dixit P addidit d. LS 18 quidem om. PS cognouimus PLS

20 quamcumque sortiti sumus. Illi uero qui agnitum negauerunt ineffabilibus poenis subitus nos constituti torquentur. Quibus beatus Macarius auditis, capite altius terrae defosso, discessit.

LXX — DE REVELATIONIBVS

1 — Quidam frater requisivit a sene dicens: Quemadmodum quidam dicunt quia uidemus uisiones angelorum? Respondit: Beatus est qui peccatum suum semper intendit et uidet.

2 — Cum quidam fratres ad beatum Antonium pergerent, uolentes ab eo inquirere si phantasmata quae uidebant impulsu daemonum cernerentur, habebant secum asinum quem in uia contigit mori. Cum ergo peruenissent ad senem dicit eis: Quomodo defunctus est asellus uester in uia? At illi a quo hoc cognouisset interrogabant. Quibus 5 senex: Daemones mihi ostenderunt. Tunc illi responderunt: Et nos propterea uenimus requirere si phantasias quas uidemus et saepe contingunt per daemones nuntiantur. Quibus senex satisfecit quod friuola ista non aliunde nisi per daemones declarentur.

LXXI — DE INPVGNATIONE DAEMONVM

1 — Quidam frater requisivit a sene dicens: Cur, abba, a daemonibus inpu gnatur? Respondit: Quoniam arma nostra proiecimur, id est, patientiam, humilitatem, oboedientiam et penuriam.

19 quamcumque sortiti sumus] quantumque (quantulumque L) sortimur PLS
agnitum] cognitum P Deum *add.* L ineffabilis L 20 Macarius] his *add.* L
21 caput S terrae *om.* P fosso S

LXX — VPLS *om.* E

1 — VPLS *om.* E 1 a sene] senem P 2 quidam dicunt quia uidemus] d. q. quia u. (-imus PL) PLS 3 est] autem V peccatum suum semper intendit] p. suum s. (s. p. suum S) -et LS

2 — VPLS *om.* E 2 requirere PLS phantasma L 3 asellum P contingit VL cumque P 4 ergo *om.* P defunctus] mortuus P 5 hoc *om.* S 6 daemones] inquit *add.* S mihi] inpu gnant *add.* P inquit *add.* L tunc illi responderunt *om.* P nos] inquit *add.* PS 7 inquirere P phantasmas L 8 quod] quia S 9 declarentur LS

LXXI — VPELS inpu gnatione] pugnatione V -tio L

1 — VPLS *om.* E requisitus V seni L a²] Dei S 2 proiecimur PS 3 patientiam] et *add.* P oboedientiam et penuriam *om.* P

2 — Quidam frater abbatem Sisoium requisivit dicens: Putas, abba, sic nos persequitur diabolus sicut et antiquos? Respondit: Modo magis homines aetatis nostrae persequitur quia adpropinquante poenarum tempore conturbatur.

Nec tamen infirmos, quos dignatus adpetere, quos uoluerit cito subuertit, sed fortes magis et magnos adgreditur. 5

3 — Abbas Poemen requisitus ab abbate Abraham quemadmodum nos daemones inpuant, respondit senex: Daemones nobiscum non pugnant quia uoluntates eorum facimus, sed nostrae nobis uoluntates daemones factae sunt et tribulant nos. Nam uis scire cum quibus daemones pugnaverunt? Pugnaverunt cum abbate Moyse et similibus eius. Nos autem uoluntates nostri cordis inpuant. 5

4 — Cuidam fratri requirenti abbatem Achilam quemadmodum aduersum nos possunt daemones, respondit senex: Per uoluntates nostras. Et adiecit dicens: Ligna Libani dixerunt: «Quam grandia et alta sumus et paruissimum ferramentum incidit nos! Nihil ergo ei demus ex nobis et non nos poterit incidere». Venerunt ergo homines et fecerunt in securi manubrium ex ipsis lignis et ita inciderunt ea. Ligna ergo sunt animae, securis diabolus, manubrium uoluntates nostrae. Per malas ergo uoluntates nostras incidimur. 5

2 — VPLS *om.* E 1 abbatem Sisoium requisivit] a. Sisonium r. S r. a. S. L 2 sic] modo *add.* PL nos persequitur] p. n. PL n. modo p. S et *om.* PLS respondit *om.* L 3 magis modo P 3-4 adpropinquante poenarum tempore] -ant p. eorum tempora et P 4-5 conturbatur nec] -antur nec (neque S) PS 5 quos] quosque LS *om.* P dignatus adpetere quos uoluerit] -atur a. q. ubi u. PL -atur a. q. ut uoluerint S 6 subuertent S sed... adgreditur *om.* V

3 — VPLS *om.* E 1 abba PS requisivit P ab abbate] abbatem PL 2 daemones *om.* L nobiscum *om.* S 3 nobis *om.* L 5 pugnaverunt² *om.* S Moyse] Macario *add.* P simili L 6 uoluntates] -em PS eius *add.* V cordis nostri S inpuant L

4 — VPESL 1 cuidam] quidam VPL fratri] frater V fratres P requirenti] cum requirerent P abbatem] -e VE -i L Achilam] -a V -llem S Ancillam L 2 daemones] praeualere *add.* PLS 3 Libani] semetipsis *add.* P grandia L 4 incidet ELS ergo *om.* PL 5 demus ex nobis] ex n. d. ei S et] ut S ne E nos poterit incidere] n. p. incidere E poterint i. nos L nos *om.* V uenerunt] posuerunt L 6 et fecerunt *om.* L in *om.* P secure EL ea *om.* PS 7 ligna] sic *add.* S diabolus L 8 ergo] uero P enim L

LXXII — DE PVGNA COGITATIONVM

1 — Idem dixit: Non pro eo quod ingrediuntur cogitationes in nobis ob hoc iudicamur, sed quia ipsis cogitationibus utimur. Malum est enim ex cogitationibus naufragari et bonum est ex cogitationibus coronari.

2 — Quidam frater dixit seni: Nihil uideo pugnae in corde meo. Cui senex: Tu quadriportium es et qui uult ingreditur et egreditur per te; tu autem non sentis. Si autem habes ostium et clauseris illum et non permiseris per eum ingredi malas cogitationes, tunc uides eas
5 de foris stantes et pugnantes.

3 — Quidam frater requisivit senem dicens: Quid faciam quoniam plurimae sunt cogitationes meae et nescio qualiter pugnam aduersus eas? Cui senex: Aduersus omnes non tenes pugnare, sed aduersus unam. Omnes enim cogitationes unum caput habent. Opus est
5 ergo ut scias quale caput est et aduersus ipsum caput debes configere et aliae humiliabuntur.

Sicut enim solet in bello contingere ut ubi uiderint fortem ex aduersariis et ipsi alterum eligunt fortiolem, et si potuerit percutere caput ceteri fugiunt et debellantur; sic ergo et cogitationes unum caput habent:

LXXII — VPLS om. E pugna] purgatione S

1 — VPLS om. E 1 idem dixit] item d. PS d. quidam senex L
2 *Corruptio textus in V liquet etiam e punctuatione, nam scribit* utimur male. utimur] naufragari *add.* L male V 3 ex om. V naufragari et bonum est] -are et cum V

2 — VPLS om. E 1 senis L pugna L 2 quadriportium] quadriportis P quadri potius S egreditur] regreditur PS 3 autem om. L habes ostium om. V clausis V illum] eum V illud S 4 per eum om. V 5 inpu gnantes S

3 — VPELS 1 senem] a sene E quoniam] quia LS 2 plures P sunt om. S 3 non tenes] ne tentes PELS 4 opus] quid E 5 caput¹ om. PELS aduersum P 6-7 et aliae humiliabuntur sicut enim] et (tunc *add.* PS) a. -antur s. e. (sic et P) PELS 7 ut] et VS *et sed p. corr.* ut E ubi] ut S nisi *per comp.* V 8 et¹ om. PS ipsi] ipse S om. E alterum] alium L eligant P *sup.* fortiolem *script. est* similiter in cod. E caput] eius *add.* ELS aduersus ipsum solum *add.* P 9 ceteri fugiunt et om. P bellantur S et² om. PLS

siue de gastrimargia siue de auaritia siue peruagatione de loco in loco 10
 uel ceteris rebus. Et si a principio non cognoueris caput ipsum et
 expuleris a te, decipient te in aliis subsequentibus cogitationibus et
 fallent te. Quia dum ipsum caput coeperit inpugnari, mouet ceteras
 passiones ut faciat hominem de aliis in aliam errantem falli. Si uis 15
 ergo uincere passiones, caput cogitationum semper obserua et cum
 deprehenderis quale est ipsum, aduersus illud solum proeliare.

4 — Abbas Poemen requisiiuit aliquando abbatem Ioseph dicens:
 Quid faciam quando passiones mihi adpropinquant? Resistam illis
 an permittam illas ingredi in corde meo? Cui senex: Permite eas
 ingredi et pugna cum ipsis. Cum ergo reuersus abba Poemen sederet 5
 in cella, alter ex fratribus veniens ab eodem sene Ioseph, dixit abbati
 Poemeni: Fui ad senem Ioseph et interrogauī eum de passionibus cordis
 si eas intrare permitterem. Et dixit mihi: Ne permittas eas penitus
 adpropinquare tibi, sed mox eas incide. Quod cum audisset abba
 Poemen quia illi aliter dixisset quam sibi, exurgens perrexit ad eum 10
 dicens: Ego tibi, abba Ioseph, sic credidi quomodo Deo et dixi tibi
 omnes cogitationes meas et tu alteri fratri aliter respondisti quam
 mihi. Cui senex: Numquid nescis quia te diligo? Et cum ille profi-

10 auaritia] uarilia V siue peruagatione] s. de p. (uagatione S) PS in loco]
 ad locum (-o L) PELS 11 ipsut EL et² om. PL 12 a te decipient] antequam
 decipiaris P a te et d. V a te decipiet ES te²] om. P et add. L cogi-
 tationibus] irrepunt te add. P 13 faller ES te om. E quia] qui P
 ipsum caput coeperit inpugnari] i. (-ud L) caput c. (-ris E) -are EL 14 passio-
 nes] cogitationes L 14-15 ut faciat... passiones om. E 14 ut faciat] et
 facit PL hominem] -es P -e L aliis in aliam errantem] a. (-a V) in alia
 (-as P) e. (-es P) VP 14-15 uis ergo uincere passiones] e. uis u. cogitationes PLS
 15 cogitationum] tuarum add. S semper om. S 16 qualis V ipsum] ipsum
 (-ut EL) caput PELS illud] ipsum PS illum E solum] semper L

4 — VPES om. L 1 abba PS aliquando om. S 2 quando]
 quia P 3 an] non V illas] eas ES corde meo] domum meam E
 4 ipsis] eis P cum ergo] cumque S 5 cella] sua add. ES ab eodem sene]
 ad e. (eundem PS) senem PES 5-6 Ioseph dixit... interrogauī eum om. P
 5 Ioseph om. S 5-6 dixit abbati Poemeni fui ad senem Ioseph om. V
 6 interrogauit V 7 si] ut V permitterem] -et requisisset (om. P) PS et
 om. PS mihi] ei PS penitus om. P 8 adpropinquare] intrare E 9 illi]
 alteri add. P exurgit V 10 abba om. S 12 cui senex om. S diligo
 te PS 12-13 profiteretur] proficisceretur S

teretur adiecit senex: Ego tamquam mihi ipsi sic tibi dixi. Etenim si semel ingressae fuerint passiones et coeperimus cum eis pugnare
 15 probabiliore nos faciunt. Ideo ergo tibi sic dixi: Nam sunt alii quibus non debent adpropinquare passiones sed mox debent recidi.

5 — De quodam sene referebant patres eo quod in cella sua sedens diceret: Ite a me longe; tu uero ueni ad me, amice. Et cum requisitus esset a patre cum quo ita loqueretur, respondit: Malas cogitationes expellebam et bonas inuitabam.

6 — Abbas Ioseph requisitum abbatem Sisoium dicens: Per quantum tempus debet homo passiones cordis excidere? Respondit senex: Tempora uis huius rei cognoscere? Cum autem ille annuisset, respondit: Quacumque hora in corde tuo ingressae fuerint passiones,
 5 eadem hora illas si potueris abscide.

7 — Abbas Siluanus requisitus ab aliis patribus per quam uitam adeptus fuisset tantam prudentiam, respondit: Numquam dimisi morari cogitationem in corde meo quae Deum prouocaret ad iram.

8 — Quidam ex senibus sedens in Thebaida in spelaeo habebat unum discipulum probatum. Erat autem consuetudo seni monendi

13 ipsi *om.* S 13-14 etenim si semel] si enim *s.* PE si *s.* etiam S
 14 fuerunt P 14-16 cum eis... non debent *om.* S 15 sic *om.* V
 nam] si *add.* P 16 passiones sed] sed *om.* P *om.* S debent²] debebant V
 recedere E

5 — VPS *om.* EL 1 patres] fratres S 2-3 requisitus esset a patre]
 perquisitus e. (fuisset S) a fratre PS 4 et *om.* S

6 — VPLS *om.* E 1 abba PS Sisonium S 2 passiones cordis
 excidere] p. c. abscidere P a se excidere passiones L 3 tempora uis huius
 rei cognoscere] uis h. r. c. causam? P ille *om.* P annueret S 4 passio-
 nes] cogitationes L 5 illas si potueris] i. si potes PL si potes i. S

7 — PLS *om.* VE 1 abba S uitam] uiam S 2-3 morari cogi-
 tationem] -es m. P m. cogitationes S 3 prouocaret] -ent P prouocant S

8 — VPES *om.* L 1 ex senibus] senex S sedebat P in The-
 baida in spelaeo] idem in *s.* P in *s.* in Thebaide E in Thebaide in *s.* S
 habebat] uero *add.* P 2 proba- in P *tota pars exterior deficit in fol. LXIV,*
quod praecisum est, et ideo in unaquaque linea aliqua uerba desiderantur usque ad
finem huius apophthegmatis.

discipulum et post admonitionem, facta oratione, dimittebat eum dormire. Contigit autem ut quidam religiosi saeculares uenirent ad senem. Quos cum ille sermonibus instruxisset ac dimisisset, sedit iterum uespere secundum consuetudinem monens fratrem et dum loqueretur subito obdormiuit. Ille autem discipulus permansit usquequo expergefieret senex et faceret ei secundum consuetudinem orationem. Cumque per aliquas horas sederet et ille non expergefieret, per cogitationes suas frequenter admonitus est quatenus ipse iret et requiesceret priusquam dimitteretur. Sed ille restitit cogitationi et permansit. Cumque iterum argueretur non discessit. Et septies cogitatio illi institit. Tamen ille semper permansit. Post hoc autem cum nox paene finiretur, expergefactus senex inuenit eum sedentem prope se et dicit ei: Vsque modo non discessisti? At ille: Non, inquit, quia non me dimiseras. Cui senex: Cur me, inquit, non expergefaciebas? At ille ait: Non fui ausus ne aliquem tibi laborem incuterem. Exurgentes ergo et facientes matutinos, post consuetas orationes a sene dimissus est. Dum autem sederet senex, factus in extasi uidit quendam monstrantem sibi locum gloriosum et sedem in eo et super sedem septem coronas. Requirit autem monstrantem sibi cuius essent haec. At ille respondit: Discipuli tui — locum quidem et sedem ex quo discessit de saeculo Deus illi donauit, septem autem has coronas hac nocte promeruit. Quod cum audisset senex miratus extimuit. Et uocans

3. discipulum] suum *add.* E probatum *add.* S oratione] spiratione S
 4. religiosi saeculares] religiosus et quidam saecularis V uenissent E
 5. quos] quod E quem S ille *om.* S 6 <monen> tem P 6-8 monens... consuetudinem *om.* V 6 et *om.* P dum] cum S 8 expergesceret PS et] ut S orationem *om.* S 9 cumque] dum P dum ergo ES sederet] cederet V non] sed V spergefaceret S 11 ille restitit] i. (illi S) resistit ES 12-13 cumque... permansit *om.* E 12 iterum argueretur] i. (igitur S) urgeretur PS et] per *add.* S 12-13 illi institit] inmittunt V i. insistit S 13 permansit semper S haec S cum] iam *add.* ES 14 finiretur] fuisset P expergefactus] expertus PES eum *om.* V sedentem prope se] se sedentem V p. se s. S 15 inquit] non fui ausus P 16 non me dimiseras] me n. d. P me *om.* S cui senex *om.* V 16-17 cur me... ait *om.* P 16 inquit me S non *om.* E expergescere faciebas E 17 ait *om.* ES non fui ausus] timui P excuterem V 19 extasim S 20 sedem] sedentem VP 21 requisiiuit P se E 22 at *om.* V 22-23 discesserit PS 23 donauit] concedet P -abit S 23-24 septem... promeruit *om.* E 23 septem autem has] has septem S 24 miratus extimuit] admiratus e. (extitit E) PE

- 25 ad se fratrem requisiiuit quid illa nocte fecisset. Ille autem dicebat:
Indulge mihi, abba, quia nihil feci. Sperans autem senex quia per
humilitatem non confiteretur, dixit: Non tibi indulgeo nisi mihi dixeris
quid feceris aut quid cogitaueris hac nocte. Ille uero cum nihil sibi
esset conscius, quid diceret dubitabat. Postea tamen ait: Nihil feci,
30 abba, nisi forte septies inpugnatus a cogitatione ut discederem, ante-
quam me dimitteres non discessi. Sensit ergo senex quia quotiens
contra cogitationem repugnauit totiens et coronatus est. Et hoc qui-
dem ipsi non dixit. Aliis autem dicebat: Quia et pro paruís cogita-
tionibus Deus coronas largitur. Et referens factum discipuli dicebat:
35 Bonum est si semetipsum quis cogat. Sic enim scriptum est: Quia
uiolenti diripiunt regnum caelorum.

LXXIII — DE RESERANDIS COGITATIONIBVS CVM OMNI OPERE

1 — Abbas Antonius dicebat: Si posset fieri, quot passos ambulat
uel quot guttas aquae bibit frater in cella sua debet senioribus declarare
ut si non delinquit in ipsis agnoscat.

Dicebat autem: Vidi monachos qui cum labore magno ceciderunt
5 in cordis elatione uenientes. Spem enim suam in opere proprio tam-

LXXII, 8 lin. 36: *uiolenti... caelorum* — cf. Mat. XI, 12.

27 non¹ om. V 28 hac nocte om. S sibi om. V 29 esset
conscijs] c. esse E ait om. P 30 inpugnatur V a om. PS
30-31 antequam me dimitteres] me om. S om. V 31 quotiens] totiens V
32 cogitationes S et coronatus est] coronatur S quidem] illi add. PES
33 paruís] prauis E 34 largiatur PES 35 est¹ om. S quis cogat] q.
(om. S) cogitat VS 36 diripiunt] rapiunt ES om. P regna E

LXXIII — VPELS reserandis] reseruandis V reserendis Deo E refe-
rendis L cum] uel PEL nil S omni] in S

1 — VPELS 1 abbas] beatus PELS posse E quot] quos E quod L
passos ambulat] passus a. (ambulabat P) PS 2 quot] quod EL bibit] bibe-
rit V uiuit P bibet E libet L 3 si om. V post non interruptitur
abrupte textus Paschasii in E et ideo de ipso non amplius mentionem faciemus.
delinquit] -at L deliquit VS 4 qui om. L 5 elatione uenientes]
e. (-em S) ruentes PS enim om. L

quam Deo placituri ponebant, cuius mandata transgressi sunt dicentis: Interroga patrem tuum et dicet tibi, seniores tuos et adnuntiabunt tibi.

2—Solebat etiam referre quod quidam frater locum quietum et satis uacuum in solitudine reperisset. Cumque abbatem suum ut illum dimitteret postularet dicens: «Spero in Deum et in orationes tuas quia potero ibi laborare», noluit eum penitus relaxare dicens: Scio ex ueritate, fili, quia et multum poteris laborare, sed quia non sunt illic proximo seniores quibus operam tuam manifestes si reuera placet Deo et quia confides quod opus monachi per te ualeas explicare, et laborem tuum perdes et sensum.

3—Dicebat etiam abba Poemen: In nullo homine sic gaudet inimicus quomodo in illo qui non uult cogitationes suas manifestare.

4—Quidam frater inpugnatus est a cogitatione et exurgens per noctem profectus est ad quendam senem et dixit ei cogitationem suam. Quem senex monuit et dimisit. Reuersus ergo in cella sua, iterum coepit inpugnari et iterum profectus est ad senem et monitus iterum reuersus est ad cellam. Et ecce iterum inpugnabatur et iterum reuertebatur ad senem. Decies ipse profectus est ad senem et dicit ei senex:

LXXIII, 1 lin. 7: *Interroga... tibi* — cf. Deut. XXXIII, 7.

6 placituri] placatim P proponebant P cuius] qui senis PLS dicentis] -em V -es LS 7 patrem tuum et dicet] parentes tuos et adnuntiabunt P adnuntiabunt tibi] docebunt te PS

2—VPLS 1 solebat] nolebat P etiam] autem V enim P quietum om. P 3 Deum] meum add. L 4 laborare] abba add. P et add. L eum] enim V om. L 5 et om. PS laborare] et opus monachi exercere add. L 6 illic] in add. PELS opera tua P reuera] opera S uera L 7 placet] -ent P -eret S quia confides quod] c. quia q. V quia q. c. L per te ualeas] per te potes L preualeas S 7-8 explicare et] exercere et (om. S) PLS 8 et sensum perdes S

3—VPLS 1 etiam] enim P homini P sic] se V

4—VPLS 1 inpugnatus est] inpugnabatur L et om. V 1-2 per noctem] nocte L 2 ei om. P cogitationes suas] cogitatione L 3 ergo om. S cellam suam PS 4-5 et monitus... cellam om. P 6 ipse] enim PL ergo S profectus est ad senem] p. ad s. e. L ad s. p. e. S senex om. S

Semper uenit, frater, et renuntia mihi, quia nihil sic daemonem in-pugna-
torem contristat quomodo manifestare opera eius et nihil sic illum
laetificat quomodo abscondi cogitationes eius.

5 — Abbas Poemen, dum esset iuuenis, profectus est ad quendam
senem longe a se manentem requirere eum de tribus quibusdam cogi-
tationibus suis. Cum ergo uenisset ad senem, unam ex illis oblitus
est et mox reuersus est ad cellam suam. Et postquam misit clauem
5 ut ostium aperiret iterum rememoratus est cogitationem quam uolebat
requirere et dimissa clauem ad senem reuersus est. Cui ille: Festinasti,
frater, redire? At ille retulit ei: Quia postquam misi clauem in ostio
rememoratus sum sermonem quem quaerebam et non aperui cellam,
sed reuersus sum ad te. Erat autem spatium inter utrasque cellas
10 grande ualde.

6 — Quidam frater requisiiuit senem dicens: Quales cogitationes
debeo habere in anima mea? Cui senex: Omnia quaecumque cogitat
homo a caelo et in terra uanitas est; qui autem permanet in memoria
Christi, hic solus in ueritate est.

7 — Quidam frater dixit ad senem: Ecce, abba, frequenter inter-
rogo senes ut dicant mihi de salute animae meae et quae dixerint mihi
nihil ex ipsis retineo. Cur ergo uel interrogo eos nihil faciens? Totus
enim sum immundus. Erant enim illic duo uasa uacua. Et dicit ei
5 senex: Vade, affer unum ex illis uasis et mitte aquam et laua illud et
effunde aquam et pone id in locum suum. Fecit ergo sic et semel et

7 nuntia L 7-8 in-pugnantem S 8 manifestare opera] manifestatio ope-
rum PS illum] eum S om. L 9 quomodo abscondi cogitationes] q.
(sicut S) absconsio cogitationum PS

5 — VPLS 1 abba S 2 a] ad V requirere] ut requireret S qui-
bus V 4 et² om. L 5 est om. L 5-6 uolebat requirere] oblitus fue-
rat ei P 6 et dimissa] amissa L ad senem reuersus est] r. ad s. e. L
r. e. ad s. PS ille festinasti] illi festinanti S 7 redire] uenire P om. L
ostium PS 8 quem quaerebam] quam requirebam L 9 inter utrasque] i. utris-
que L intrasque S

6 — VPLS 2 quaecumque] quae L 3 a] in P in terra] infra PLS
3-4 qui autem... est om. V 4 hiis S

7 — VPS om. L 1 dixit om. V 2 dixerint] -unt S 3 cur] cum S
uel om. S eos] illos et (om. S) PS facio P 4 enim] autem PS
dixit eis V 5 uade] et add. PS 6 id in locum suum] illud in loco suo PS

bis et dicit ei: Vtrumque affer simul. Et cum adtulisset dicit ei senex: Quod est mundius ex utrisque? Cui frater: Vbi aquam misi. Tunc senex: Sic est et anima. Quamuis enim nihil retineat ex his quae interrogat, tamen plus mundatur ab illo qui non interrogat. 10

8 — Quidam senex erat in Sceti, laboriosus quidem corpore, non tamen diligens in cogitationibus. Venit ergo ad abbatem Ioannem requirere eum de obliuione. Et audiens ab eo sermonem, dum reuerteretur oblitus est. Et iterum reuersus requisivit eum et similiter oblitus est. Et sic frequenter faciens semper obliuiscatur quod audiebat. Semel ergo cum obuius fuisset abbatem Ioannem dicit ei: Abba, oblitus sum quod mihi dixeras, sed ne inportunus tibi essem ideo non ueni. Cui abbas Ioannes: Vade et incende lucernam. Et cum incendisset iterum dicit ei: Affer alias lucernas et incende ex ipsa. Cum autem ita fecisset dicit ei: Numquid aliquid laesa est lucerna quia de illa alias incendiasti? Cumque ille renueret dicit: Et sic Ioannes. Etsi omnes qui in Sceti commanent ueniant requirere me, non mihi impediunt a gratia Christi. Quotiescumque ergo uis ueni sine discretionem. Et ita per utrorumque patientiam Deus obliuionem abstulit ab illo sene. 15

7 utraque S utrumque... dicit ei *om.* P 8 utraque S 9 nihil *om.* P
 10 mundatur] mandatur S non interrogat] n. (nos P) requirit PS
 8 — VPS *om.* L 3 dum] cum P 3-4 reuerteret S 4-5 et iterum... oblitus est *om.* V 5 semper *om.* S 6 fuisset abbatem Ioannem]
 f. ad a. I. requirere eum S dixit P 7 abbas P 8 abba S 9 iterum dicit
 ei *om.* P affer] inquit *add.* P ipsa] ipsis et (*om.* S) PS 10 cumque S
 autem *om.* P 10-11 numquid... dicit et *om.* P 11 accendisti S dicit et
 sic] d. ei sic et S 12 requirere me] ad me r. PS 13 a gratia] ad gratiam
 (grates S) PS quotiescumque] quotcumque V sine] cum S 13-14 dis-
 cretione] disceptatione P 14 utrorumque] utroque V utrumque S
 patientiam] patientur S abstulerit V

LXXIV — DE DISCRETIONE

- 1 — Quidam ex senibus dicebat: Quando cooperuerit homo oculos animalis tunc in machina conuertitur. Sin autem non fuerint operi oculi eius non facile flectitur. Sic et diabolus. Si potuerit operire oculos hominis qui discretionem non habet, humiliat eum in omni
5 peccato; si autem per discretionem inluminati fuerint oculi hominis, cito potest ab illo discedere.

2 — Abbas Poemen dixit: Est homo portans omni tempore securem et tamen non potest deponere arborem. Et est alter sciens quemadmodum inciditur et paucis plagis potest deponere arborem. Securis ergo discretio est, quam si quis habuerit potest euadere insidias inimici.

LXXV — QVIA NON NOCEANT QVAEDAM
HIS QVI DISCRETIONEM HABENT

- 1 — Abbas Isaac uenit ad abbatem Poemenen et uidit eum super pedes suos aquam mittentem et tamquam habens fiduciam dixit ei: Quare quidam sic dure corpus suum tractauerunt? Cui abba Poemen: Nos non didicimus corpus sed passiones extinguere.
5 Dumque hoc loqueretur audiuit abbas Isaac gallum cantantem

LXXIV — VPLS

1 — VPLS 1 cooperuerit] cooperit P operuerit L aperuerit S
2 animales V in machina] in -am P inicianam *dub.* S 2-3 sin autem...
flectitur *om.* L 2 aperti VP 3 oculos V aperire VP 4 humiliat
eum] -auit enim V 5 fuerint inluminati S hominis] eius L
2 — VPLS 1 abba PS dixit] dicit S *om.* V portans omni
tempore] omne tempus p. S 2 arborem deponere PLS et² *om.* P 3 inci-
datur LS 4 ergo] est V *om.* S est discretio S habuerit potest]
h. facilius p. (-erit S) PLS

LXXV — VPLS quia] quod S non *om.* S noceant] -cet L -cent S

1 — VPLS 1 abba PS Poemen VL 2 et *om.* V tamquam]
tantam P tamen L fiduciam habens S 3 quidem V dure corpus
suum tractauerunt] c. tuum t. dire S abbas L 4 non *om.* V didici-
mus CA (*Pallad. Laus.* XX, 4 b: sumus docti [PG LXV, Poemen 184 (col. 368)]
ἐδιδάχθημεν): dicimus VPLS extinguere] occidere PLS 5 hoc loqueretur]
h. (haec S) loquerentur PLS

et dixit ei: Sunt et ista hic, abba? At ille respondit: Quid me cogis loqui? Tu et similes tui audierunt haec. Qui autem sapit nihil istorum aut audiuit aut curat.

LXXVI — DE MORTIFICATIONE

1 — Quidam frater requisivit abbatem Moysem dicens: Quemadmodum se potest homo mortificare? Dicit ei: Nisi se quis arbitratus fuerit habere iam triennium in sepulcro, ad hunc sermonem pertingere non potest.

2 — Idem dixit: Ille monachus potest tamquam mortuus huic saeculo esse, qui duas res horruerit, id est, carnis suae requiem et uanam gloriam.

3 — Quidam senex dixit: Tunc erit monachus liber ab omnibus cum in uno opere tantum intentus est, id est, bonum.

Quando enim bonam operam exercet, ueniens diabolus locum non inuenit et discedit. Si autem malum opus exercet, ueniens frequenter spiritus Dei et uidens malum opus non accedit sed recedit. Si tamen requisitus fuerit, cito reuertitur. 5

6 isti S illa V 7 tu] tui enim L audiunt PLS qui] si V 8 aut¹
om. PL audit PLS aut²] et P

LXXVI — VPLS

1 — VPLS 1-2 se potest homo mortificare] p. se h. m. (manifestare P) PL 2 dici V 2-3 se quis arbitratus fuerit] si q. arbitratur f. P quisque a. f. L quis arbitratur se S 3 ad hunc] adhuc S pertingere] peruenire P

2 — VPLS 1 idem] item PL 1-2 mortuus huic saeculo] m. h. mundo P huius s. m. L 2 esse om. S horruit L

3 — VPLS 1 monachus liber erit S 2 in om. P tantus L id est] om. P opus add. L bono P 3 bona opera PS et p. corr. L 3-4 diabolus locum non inuenit] l. d. non inueniet S 4-5 si autem... recedit om. S 4 malis L 5 malum om. P accedit sed recedit] -et sed recedet L 6 tamen]autem P

4 — Quidam senex dixit: Horre uentrem tuum et necessitates huius saeculi et honorem, et tamquam absens de hoc saeculo requiem possidebis.

5 — Idem dixit: Monachus debet sibi requiem comparare, id est, ut mundum contemnatur, etsi corporalem iacturam sustineat. Nam si adhuc ipse alios reprehendit, necdum potest mortificationis requiem possidere.

LXXVII — DE PERSEVERANTIA

1 — Abbas Antonius dixit: Si monachus paucis diebus laborat et iterum relaxatur et rursus laborat et deinde negligit, hic nihil agit nec enim patientiae perseuerantiam possidebit.

2 — Abbas Matoes dixit: Si leuem operam tamen perseuerantem desiderat Deus in monacho, quam a principio grandem quae cito dimittitur.

3 — Quidam ex senibus a quodam requisitus est fratre dicente: Quemadmodum non debemus, pater, scandalizare aut a proposito nostro deficere cum aliquos uidemus ad saeculum reuertentes? Respondit: Canes uenaticos debemus respicere quemadmodum unus
5 leporem aspiciens persequitur; illi uero alteri tardiores tantummodo canem uident et quidam ex his cupiunt adiungere eum; alii uero fatigati

4 — VPLS 1 necessitatem L 2 huius] istius P absens] sto *add.* V
hoc *om.* L saeculo] sis et *add.* L 3 possidebis] -des P -de S

5 — VLS *om.* P 1 idem] item LS 2 mundum *om.* VS etsi]
etiamsi LS 3 ipse alios] i. alteros L alteros i. S reprehendet L

LXXVII — VPLS

1 — VPLS 1 abba S monachus si PLS 3 nec enim patientiae
perseuerantiam possidebit] neque e. pat. pers. pos. S hic e. p. erit pers.
non pos. V

2 — VPLS 1 abba P Motues PS dixit] et *add.* L tamen]
tantum S 2 a] in L quae] quem LS 3 dimittit V

3 — VPLS 2 scandalizari L a *om.* V 3 deficere] desistere S
uideamus PS 4 unum V 5 alteri] alii LS *om.* P tantummodo]
tamquam modo V 6 his] eis P eum] ei P

redeunt retrorsum. Ille uero qui uidit usque tunc insequitur usquequo
 pertingat in nullo penitus inpeditus ab his qui remeauerunt. Sed
 neque scopulis neque siluis praepeditur; spinas quoque transilit et
 frequenter ab his laesus tamen non cessat. Sic et qui Christum sequitur, 10
 incessanter cruci eius permanet, omnia scandala quaecumque ueniunt
 ille transiliens usquequo perueniat ad eum qui pro nobis est crucifixus.

LXXVIII — DE LABORE SANCTORVM

1 — Quidam senex dixit: Vsque tunc laborat homo usquequo
 possideat Christum. Qui autem illum semel adeptus fuerit iam non
 laborat. Permittitur tamen laborare ut rememorans tribulationem
 laboris undique semetipsum custodiat, timens ne tantos labores amittat.
 Nam et filios Israel ideo Deus per desertum quadraginta annis circum- 5
 duxit ut rememorantes uiae tribulationem nollent redire retrorsum.

2 — Quidam frater requisiiuit senem: Quemadmodum laboran-
 tium patrum est gratia? Et dixit senex: Quoniam qui adhuc laborant
 postulantes de remissione peccatorum antequam perueniat in eos gratia
 quae portet laborem ipsorum, illi pallidi et in labore sunt; super quos
 uero ex priori patientia iam gratia Christi peruenit, isti florent; exultantis 5
 enim animae facies clara est. Sicut autem sol cum nubes non habet

LXXVII, 3 lin. 12: *qui... crucifixus* — cf. Galat. III, 1.

7 illi L uidit usque tunc] uidet u. t. V u. t. uidet P uidet u. ad nunc L
 usquequo] usque V 8 pertingat] pergat V inpeditur P ab his] aliis P
 remeauerunt] remanserunt P -rant S 9 spinas] spinasque P -is S
 quoque] quousque L 10 ab his om. P 12 illi LS transilens L
 perueniens V

LXXVIII — VPLS

1 — VPLS 1 quidam senex dixit om. P labore L 2 qui] cum P
 illum semel] s. i. LS illum om. P 3 remorans L 5 et om. S Deus
 om. P 6 uiae] uiam et P nollens V

2 — VPS om. L 1-2 laborantium... adhuc om. P 2 gratiam S
 quoniam qui] quae quia S 2-3 laborant postulantes] -at postulante V
 3 peccatorum] respondit senex add. P eo V 4 oportet VP labore
 ipsorum] laboris eorum P illi] isti PS 5 exultantes VS 6 animae
 facies] f. a. P a. facie S est om. S autem] enim P

lucet, quando uero nubibus cooperitur tunc pallescit, sic et anima
donec passionibus eam obscurant pallescit. Quae autem iam per gratiam
10 munda est, ita est sicut scriptum est: Magna est gloria eius in
salutari tuo.

3 — Item dixit: Quamuis laborent hic sancti uiri attamen et ali-
quam requiem habent, quoniam liberi sunt de cogitatione huius mundi.

LXXIX — QVARE MODO LABORANTES TALEM GRATIAM NON ACCIPIVNT SICVT ANTIQVI

1 — Quidam frater requisiiuit senem dicens: Quemadmodum
nunc laborantes in conuersationibus uiri non accipiunt gratiam sicut
antiqui? Cui senex: Tunc caritas erat et unusquisque proximum
suum sursum trahebat. Nunc uero postquam caritas refrixit, singuli
5 proximos suos ad inferiora deducunt et ideo gratiam non sortimur.

LXXX — VTRVM SCIANT VIRI SANCTI QVANDO VENIT IN EIS GRATIA DEI

1 — Quidam frater requisiiuit senem dicens: Putas, abba, cognoscunt
sancti quando uenit super eos gratia Dei? Respondit senex: Non
semper. Nam cuiusdam magni senis discipulus dum peccasset in

LXXVIII, 2 lin. 9-10: *Magna... tuo* — Ps. XX, 6.

7 tunc om. P 8 donec] quando PS eam passionibus S pallescit om. PS
iam om. PS 8-9 gratiam munda] g. Dei mundata PS 10 in salutari tuo]
in salute tua P om. S

3 — VPS om. L 1 item] ideo S laboris V hic] hii S om. P
tamen. S 2 quoniam] quia S huius mundi] h. saeculi S

LXXIX — VPLS accipiant V

1 — VPLS 1 senem] a sene PLS 3 caritas om. P 4 trahebat sur-
sum L caritas] Christi add. L refrixit] refriguit PS refrigescit L
5 et om. V sortiuntur P

LXXX — VPLS utrum] si add. L uiri om. P ueniat S Dei om. P

1 — VPLS 1 abba om. L 2 gratia Dei] D. g. S Dei om. PL
3 cuiusdam] quibusdam L seni VL discipulus] eius add. L

aliqua re dixit ei senex cum clamore: Vade et morere. Et mox cecidit
et defunctus est. Quod cum senex uidisset, cum timore et humilitate 5
multa rogauit Deum dicens: Domine Iesu, suscita eum et iam ulterius
sine consideratione non loquar. Et mox surrexit frater.

2 — Idem amma Sarra, dum ambularet per uiam, paruulum riuum
transiliuit. Saecularis autem quidam uidens eam risit. Illa uero
nesciens quia gratia Dei uenerat super ipsam dixit saeculari: Tace,
rumparis. Et conuersa uidit intestina eius dirupta. In tremore ergo
conuersa, orauit dicens: Iesu meus, resuscita illum et ulterius talem 5
sermonem non loquar.

LXXXI — DE EXHORTATIONE ET DOCTRINA

1 — Interroganti cuidam abbatem Poemenem de durtia cordis,
respondit senex dicens: Natura aquae mollis est et lapidis dura. Si
autem frequenter stillet aqua super lapidem, stillando perforat illum.
Sic et uerbum Dei molle est, nostrum autem cor durum. Homo ergo
frequenter audiens uerbum Dei, dat locum timori Dei ut ingrediatur in eo. 5

2 — Quidam senex dixit: Homo qui secundum Deum est aut debet
cum fide doceri quae nescit aut quae scit aperte ostendere. Si autem
neutrum uult, cum possit, insanus est.

4 ei *om.* S mox *om.* L 6 Deum] Dominum L eum] illum PLS ulterius]
amplius S 7 et mox surrexit frater *om.* L

2 — VPS *om.* L 1 idem] item PS amma Sarra] amassarra VP
per *om.* V uia V paruulum S 1-2 riuum transiliuit] riuulum transiuit P
3 quia] quod S ipsam] illam S 4 eius *om.* S 5 meus] mi *dub.* P

LXXXI — VPLS

1 — VPLS 1 interrogauit quidam S abbati V Poemenem] Poe-
men L *om.* V 2 senex *om.* P natura aquae... dura *om.* P aquae]
atque S mollis] mobilis V lapis LS 3 super lapidem] supra petram L
stillando] stillando *add. repetens* L 4 et *om.* L ergo] igitur P *om.* S
5 timori] ad timorem L Dei] sui P Deo V

2 — VPLS 1 dixit] ait P 2 cum fide *om.* P doceri] confiteri P

3 — Quidam ex patribus dixit: Periculosum est si is qui actuale
uitam non egit alterum docere incipiat. Sicut enim si quis domum
habens ruinosam et peregrinos in ea suscipiens casu eos occidat, sic
et hii sunt qui non prius se firmiter aedificantes alios perdunt uenien-
tes ad se.

4 — Dixit abbas Poemen: Homo qui docet et non facit quae docet
similis est fonti alto qui omnium quidem res lauat et omnes satiat potu,
se autem ipsum curare non potest, sed habet intra se immunditiam
et sordes.

5 — Idem dixit: Doce animam tuam seruare quae lingua tua
alios docet.

LXXXII — QVIA DOCTRINA ET SINE VERBO OPERE SOLO CONFERTVR

1 — Abbas Isaac dum esset iuuenis sedebat cum abbate Cronio
et numquam illi dixit ut aliquam operam faceret. Sed ipse erat senex
tremulus et per se surgebat et aquam ad manus uel bibere tam illi quam
omnibus porrigebat. Fuit autem idem abbas Isaac similiter ad abba-
tem Theodorum sed nec ipse aliquid illi imperauit, sed per se ponebat

3 — VPLS 1 periculosum] periculo S enim add. P auctualem L
2 incipiat L enim om. S 2-3 domum habens] d. habet (-eat L) PL
habet d. S 3 ea] eam P eos] eius VS 4 et om. L se prius S
aedificantes firmiter L 4-5 ad se uenientes P

4 — VPLS 1 abba LS homo] quidam add. S quae docet om. P
2 potum L 3 ipsum om. S immunditiam] -as PS -ae L

5 — VPLS 1 idem] item PLS

LXXXII — VPLS quia] et add. V et om. PS opere solo] s. o. S
solo om. V confertur (cfr. in capitulatione M): confirant V continetur PLS

1 — VPLS 1 abba PS Cronio (Κρόνιος): Coronio VPS Ero-
nio L 2 sed ipse erat senex] i. uero s. e. PS 3 bibere] uel repetens S
4 idem om. PS 5 sed¹] et L nec] neque P illum V impe-
rauit] -bat PS et p. corr. sup. lin. L sed per se] per se enim P sed
ipse L per se etiam S

mensam et dicebat: Frater si uis comedere, ueni et manduca. Ego autem dicebam illi: Abba, ego ueni ad te ut iuuares me; et quare mihi non dicis ut aliquid faciam? Senex autem semper tacebat. Propter quod profectus est abbas Isaac et retulit aliis patribus. At illi uenientes dixerunt abbati Theodoro: Iste frater uenit ut a sanctitate tua aliquid 10 instrueretur; et quare non illi dicis ut faciat aliquid? Quibus respondit senex: Numquid princeps coenobii sum ut aliquid praecipiam? Ego interea nihil illi dico; si uult quod uidet me facere, faciat et ipse. Et ab illo tempore anticipabat abbas Isaac et quicquid facturus erat senex praeocupabat. Senex autem quicquid faciebat semper tacebat. A quo 15 etiam et hoc beatus Isaac didicit, ut quicquid faciebat faceret tacens.

LXXXIII — FORTIOREM ESSE SCIENTIAM EXPERIMENTO OPERVM QVAM LECTIONEM

1 — Abbas Arsenius cum quendam senem de cogitationibus propriis aliquando requireret, alter frater dixit ei: Quemadmodum tu tantarum litterarum tam in graeco quam in latino sermone doctrina adeptus ab hoc rustico interrogare aliquid non fastidis?

Cui Arsenius: Graecas quidem me litteras ac latinas plurimas 5 legisse conmemini; istius autem senis adhuc alphabetum me nec adtigisse profiteor.

6 mensam *om.* V et dicebat] dicebatque V ueni *om.* S ego] ille PS
6-7 ego autem dicebam illi *om.* V 7 dicebam illi] dicebat ei PS ego abba S
iuuares me] iuuarem te V 9 est *om.* V abba S uenientibus S
10 a *om.* S tua] ut *add.* L aliquid *om.* PS 11 quare] qua V illi non PLS
11-12 senex respondit L 12 sum coenobii PLS 12-13 ut aliquid... interea
om. P 13 uidet me facere] uidit me facit L 14 anticipabatur P abba S
senex *om.* P 15 quicquid faciebat] quod cum faceret P 15-16 a quo
etiam] acceptum P 16 hoc] iste S *om.* V beatus] abbas PLS didicit
om. V quicquid] quid V faciebat] facere L *om.* S taceret S

LXXXIII — VPLS scientiam] sapientiam L

1 — VPLS 1 abba S cogitationibus] uestris aliter *add.* S 2 ali-
quando] aliquam S *om.* V alter frater *om.* V tu *om.* S 3 doctri-
nam P 4 hoc rustico] h. r. sene PL h. sene r. S fastidis] fastidiis V
fastidias L 5 me quidem L atque S 6 autem *om.* S senis adhuc]
a. s. S adhuc *om.* L neque S 6-7 adtigisse] attingas se V

- 2 — Abbas Euagrius abbatem requirebat Arsenium dicens: Cur nos ex tam multis lectionibus nullam ualuimus possidere uirtutem, isti uero rustici tantam uirtutum indolem et scientiam sunt adepti? Cui beatus Arsenius: Nos ex saeculari scientia nihil potuimus adipisci, hii uero uirtutum scientiam ex propriis laboribus didicerunt.

LXXXIV — DE SCRIPTVRIS DIVINIS

1 — Idem abbas Arsenius numquam ullam quaestionem de Scripturis spiritualibus proponebat sed nec propositam, cum certe posset, uolebat exsoluere nec ad aliquem cito litteras destinabat.

2 — Quidam frater requisiiuit a sene dicens: Si contigerit mihi alicubi ut loquar, de quibus rebus iubes ut loquar: de Scripturis an de sermonibus patrum? Cui senex respondit: Si tacere non potes uel sermones patrum loquere. Nam de Scripturis loqui periculosum est.

3 — Quidam philosophus beato dixit Antonio: Quomodo toleras, pater, ea quae ex uoluminibus Scripturarum est consolatione fraudari? At ille: Meus, inquit, liber natura factorum est et adest cum uoluerio legere Dei sermones.

2 — VPLS 1 Euagrius] Macarius P Euagus S Arsenius L
2 tam multis] tantis L 3 tantam] tantorum L tam S uirtutum]
uerborum L uirtutem P indolem] in Dei laudem P -e S 4 scientiam L
potuimus] ualuimus L possumus S 5 hic P uirtutem L scien-
tia S laboribus] operibus P didicerunt V

LXXXIV — VPLS

1 — VPLS 1 idem] actem *dub.* S *om.* P abbas] beatus L
abba S nunquam ullam] nullam umquam PLS 2 nec] neque S prae-
positam VL cum certe posset] cum c. possit LS *om.* V 3 exsoluere]
excutere S nec] neque S ad aliquem] aliqui L ad *om.* V

2 — VPLS 1 a sene] senem P 2 alicubi ut loquar] ut l. alicui L
alicui ut l. S iubes] me *add.* P 3 patrum] quid faciam *add.* L respon-
dit *om.* PLS tacere non] sciri V 4 Scripturis] scriminibus *legitur in S*
qui om. reliquia uerba huius apophtegmat.

3 — VPS *om.* L 1-2 quidam... uoluminibus *om.* S 1 Antonio
dixit P 3 meus inquit] melius V factorum] fictorum V 4 legere] *punc-*
tum add. P sermones] sunt *add.* P

LXXXV — NIHIL LOQVENDVM CVRIOSIS
DE SCRIPTVRARVM QVAESTIONIBVS

1 — Quidam anachoreta cum uenisset ad abbatem Poemenem, suscepit eum senex cum laetitia et cum se alterutrum amplexissent residerunt et coepit anachoreta de Scripturis et de rebus caelestibus loqui. At uero senex uertit faciem suam ad alteram partem et nullum illi dedit responsum. Ille uero uidens quod non loqueretur cum eo, 5 tristis egressus est et dicit discipulo eius: Sine causa tanti itineris laborem subii et ueni ad hunc senem qui mecum loqui non patitur. Ingressus autem discipulus abbatis Poemenis dixit ei: Propter te uenit hic homo magnus, tantam gloriam in suis locis habens, et tu non uis loqui cum ipso? Respondit senex: Ille de superioribus est et caelestia loquitur; 10 ego autem de inferioribus sum et terrena uix loquor. Si mihi locutus fuisset aliquid de passionibus animae, forsitan et ego respondiissem illi; si autem de caelestibus, ego me nescire confiteor. Egressus ergo discipulus dicit anachoretae: Senex iste noster non uult de Scripturis loqui, sed si quis ei de passionibus locutus fuerit, respondet illi. At 15 ille conpunctus in hoc sermone ingressus ad senem dixit ei: Quid faciam, abba, quoniam passionibus cordis mei dominantur mihi? Tunc respexit eum senex gaudens et dicit ei: Modo bene uenisti. Aperi ergo os meum et imple id bonis tuis. Et ex hoc sermone iuuatus anachoreta dixit: Haec est uera uia. Et agens gratias reuersus est in regionem suam. 20

LXXXV — VPLS nihil] non V curiosis om. L Scripturis V
1 — VPLS 1 Poemenem] et add. S 2 laetitia] gaudio LS amplexi
fuissent PLS 3 resederunt LS Scripturis] ei add. P diuinis add. S
de om. S caelestibus rebus S 4 nulli L 5 illi om. L 6 egressus est
et] effectus est et regressus P tantum PLS 7 subui L loqui mecum S
8 Poemenis] Poemeni P et add. S ei om. PL propter te] propterea V
pater P pro te S uenit] abba add. LS hic] iste S 8-9 homo magnus]
anachoreta iste magnam P 9 locis suis PLS 12-13 si autem... egressus
om. P 13 profiteor S 13-14 discipulus] ergo add. P 14 dixit PL iste]
hic P 14-15 loqui de Scripturis P 15 ei om. S de] animae add. S
locutus] requisitus P 16 dicit PLS 17 abba om. S quoniam] quia PS
17-18 respexit eum] respondit P r. illum L 18 gaudens et] et congaudens P
gaudens om. S 19 id] illum L illud PS 20 dixit] dicit ei S gra-
tias] Deo add. P in regionem suam] in (ad L) propriam r. PLS

- 2 — Quidam frater cum ad abbatem Theodorum uenisset, tribus diebus ibi permanens et nullum responsum ab eo accipiens, egressus est tristis. Dicit ergo ei discipulus suus: Abba, quare non illi dixisti sermonem? Et ecce tristis egressus est. Cui senex: In ueritate nihil
5 illi dicebam quia negotiator homo est et in aliorum uult glorificari sermonibus.

LXXXVI — DE CVRIOSITATE VITANDA

1 — Quidam senex dixit: Non oportet monacho requirere qualiter ille aut quemadmodum ille. Per interrogationem enim abstrahitur ab oratione in detractones et uerbositates. Vnde nihil melius quam tacere.

- 2 — Quidam frater requisiiuit a sene dicens: Si uenerit aliquis frater sermones mihi de foris inferens alienos, iubes ut dicam illi quatenus mihi illos non afferat? Respondit senex: Nihil dicas illi, quia nec nos potuimus hoc obseruare. Cauendum ergo ne forte dicentes
5 proximo «hoc ne facias», nos idem postea faciamus. Cui frater: Quid ergo oportet facere? At senex: Si uoluerimus, inquit, tacere, exemplum sufficit proximo.

2 — VPLS 1 frater] senex V 2 ibi permanens diebus S ab eo responsum S recipiens P egressus] reuersus S 3 ergo om. P ei] ex V illi L om. S discipulis suis V 3-4 quare non... egressus est] hic anachoreta nihil ei locutus es et maerens abscedit P 3 dixisti illi S 4 cui senex om. VS 5 homo negotiator S et om. S in om. PS 5-6 glorificare sermonem P

LXXXVI — VPLS

1 — VPLS 2 enim om. S 3 ab oratione] ob o. ceciditur L detractationem P nihil] est add. PLS et post est habet punctum S melius] est tacere add. S 4 quam om. P tacere] loqui S

2 — VPLS 1 fratrem L 2 frater om. S 3 illos mihi L afferatur P 4 nec] neque S hoc om. P obseruare cauendum] seruare (o. P) c. est PLS ergo om. P forte] te add. S dicente LS 5 proximo hoc] h. p. V p. haec S 6 at] et PL uoluerimus] noluerimus L tacere] facere L exemplum] solum add. P 7 sufficiat S proximo om. L

LXXXVII — DE CONTENTIONIBVS EVITANDIS

1 — Quidam senex dixit: Si quis tecum aut de Scripturis aut de quacumque causa locutus fuerit ne contendas cum eo. Sed si quidem bene dicit, consenti; si uero male, dic illi: Tu scis quomodo loquaris. Haec obseruans et humilitatem possidebis et odium euitabis.

Nam si persistas contendens et uis defendere sermonem tuum nascitur inde scandalum. Frequenter enim dum laudas alterum fit etiam ex iustificatione contentio. De quacumque ergo re, si grauiter contenderis nullo modo requiem possidebis. 5

2 — Quidam frater requisit abbatem Pambo si bonum esset laudare proximum. Respondit senex: Melius est tacere.

LXXXVIII — DE SILENTIO

1 — Abbas Agathon per tres annos misit lapidem in ore suo silentium affectans.

2 — Quidam frater requisit a sene dicens: Vsquequo est seruandum silentium? Respondit: Vsquequo interrogaris. Scriptum est enim: Antequam audias ne loquaris. Nam et qui loquitur sermonem bonum, nisi prius considerauerit quod se iuuat ipse sermonem loqui non debet. In omni enim loco si taciturnus fueris requiem possidebis. 5

LXXXVII — VPLS contentionibus] conceptionibus S uitandis VP

1 — VPLS 3 bene dicit] benedicet V uero] locutus fuerit *add.* P
dic illi *om.* S scis quomodo loquaris] facias q. loqueris S 4 haec] enim
add. PLS uitabis S 5 persistas] perstans VS consistas P defendere] contendere V 6 inde] michi S enim] autem PLS alter V
7 etiam ex iustificatione] autem ex iustificationem L

2 — VPLS 1 frater (*ἀδελφός*): senex V Pambo CA (*Παμβώ*): Pammon V Poemen *sed p. corr.* Pammo L Poemen P Poemenem S
2 tacere] quam laudare aut detuperare *add.* L

LXXXVIII — VPLS

1 — VPLS 1 abba S suo *om.* S

2 — VPLS 1 requisit a sene *om.* S 1-2 usquequo est... respon-
dit *om.* V 2 usquequo] usque P 3 et *om.* S 4 iuuat] iubet L ipse
om. S sermo VPL 4-5 non debet loqui S 5 taciturnus] tacitus S

3 — Abbas Euagrius a quodam fratre requisitus est per quem possit saluari sermonem. At ille respondit: Si saluari desideras, in quocumque loco perrexeris ne anticipes loqui nisi fueris ab altero requisitus.

- 5 Sed magis stude silentium; de nullo esto sollicitus; adtende meditationi tuae cum timore Dei tam exurgens mane quam uespere et inpiorum inpetus non timebis.

- 4 — Item abbas Euagrius cum, facta pro quodam capitulo congregatione, locutus fuisset dicit ei presbyter: Scimus, abba Euagri, quia si esses in regione tua et episcopus esses et multorum caput; nunc autem hic uelut peregrinus sedes. Quo sermone ille conpunctus et in nullo penitus contristatus, caput concutiens atque in terra respiciens, digito suo scripsit: In ueritate sic est; tamen semel modo locutus sum; secundo hanc culpam sibi non adgregabit Euagrius.

5 — Beatus Arsenius saepe hunc solebat iterare sermonem: Saepe me locutum fuisse poenitui, at uero tacuisse numquam.

6 — Beatus Antonius discipulo suo solebat hoc dicere: Si affectaueris silentium non arbitreris te exercere uirtutem, sed indignum te proloqui confitere.

LXXXVIII, 4 lin. 6-7: *semel... adgregabit* — cf. Iob XXXIX, 35.

3 — VPLS 1 abbas Euagrius] abba Euagius S fratre] fratrem L frater S 2 posset S saluari¹] -e L si om. P saluari²] -e L 3 loco om. P 4 quaesitus S 5 silentium] et add. L ullo S esto] eloquio S esse VL meditationis L 6 uesperum V et om. S 7 inpiorum inpetus] i. inpetu V inpetus malus L

4 — VPLS 1 item] idem LS abbas Euagrius] abba Euagius S facto L 1-2 pro quodam capitulo congregatione] p. q. cartula c. P c. p. q. capitulo S 2 scimus] sumus S abbas V Euagii S 3 esses¹] esset S et om. S esses²] esset S 4 hic om. PS conpunctus] est add. P 5 in nullo penitus contristatus] ullo penitus contristatur S atque in terra respiciens] a. in terram r. P om. L 6 in ueritate sic est om. P modo semel S 7 culpam sibi non] s. c. n. P c. n. s. S adgregabit CA: adgregauit VPL agrauauit S

5 — VLS om. P 1 solebat iterare hunc S 2 poenitui] poenitum V poenituit S at] ad L

6 — VPLS 2 ne PLS 2-3 indignum te proloqui] dignum te non loqui L 3 profiteri S

7 — Cum quidam frater beato Sisoio dixisset: «Volo animam meam saluare» respondit: Qua ratione possumus animam nostram saluare, cum lingua nostra aperto ostio saepe prosiliat?

8 — Quidam fratres, uolentes in Sceti ad beatum Antonium proficisci, ascenderunt in nauem cum quibusdam. Ignotus quidam senex ingressus ad praefatum patrem pergere cupiebat. Sedentes autem fratres uaria loquebantur inter se tam de Scripturis quam de sermonibus patrum. Senex uero semper tacebat. Sed postquam ad beatum Antonium perrexerunt, dicit eis abbas Antonius: Bonum comitem, fratres, inuenistis hunc senem. Et conuersus ad eum: Tu quoque, inquit, abba, cum quibus uenires, bonos socios inuenisti. Cui senex ille respondit: Boni quidem sunt, sed atrium illorum ostium non habet et qui uult ingreditur in eorum stabulum et soluit asinum et quo uult proficiscitur. Hoc autem dicebat quia quicquid illis uenisset in labiis loquebantur. 5 10

9 — Abbas Poemen dixit: Est homo qui silentium affectat, sed cor eius multos condemnat. Iste talis multum loquitur. Et est alter qui de mane usque ad uesperum loquitur et tamen, quia sine iuuamine non loquitur, silentium magnum studet.

7 — VPLS 1 beato] abbati PLS Sisoio] Sisoium L Sisoni S
2 respondit] senex add. S rationem L 2-3 animam nostram saluare] s. a. n. L
animas nostras s. S 3 linguam nostram L prosiliet L

8 — VPLS 2 *Punctum habent post* nauem PLS, *post* ignotus V quibusdam ignotus quidam] quibus q. i. (i. q. L) PLS 3 cupiebant L 4 inter se uaria loquebantur PLS de² om. L 6 perrexerunt] -xit et illi S ei VL abbas] beatus P 7 et conuersus ad eum om. V 9 atrium] auris V non habet ostium LS 10 ingredi VS eorum om. LS stabulum] ingreditur add. S soluit] -et L soluens PS et³ om. PS 11 haec S quicquid] in add. L

9 — VPLS 1 est homo] extimo quia P affectat] quidem add. PLS 3 qui de] qui quidem a S uesperam LS quia om. S iuuamine] iuramine S 4 non om. S magnum] multos V iste add. L

LXXXIX — DE PEREGRINATIONE

1 — Dixit quidam senex: Peregrinatio quae propter Deum fit bona est si habuerit et silentium. Nam fiducia peregrinatio non est.

2 — Abbas Arsenius solebat dicere: Peregrinus monachus in aliena terra nullius causae mediator accedat et quietem poterit adipisci.

3 — Abbas Pambo dicebat: Sicut apis quocumque uadit mel operatur, ita et monachus quocumque pergit, si propter opus Dei perrexerit, dulcedinem bonorum operum potest efficere.

4 — De abbate Megethio maiore dicebant patres quia egrediebatur de cella sua et cum ueniebat ei cogitatio ut relinqueret locum non reuertebatur in cellam, quia nec habebat ex saeculi huius instrumentum nisi forte unam acum unde palmarum folia finderet et in dies
5 tres paruulos funiculos operabatur quantum sibi ad escam sufficeret.

XC — DE FUGIENDO HONORE CLERICATVS

1 — Abbas Theodorus, dum esset in Sceti diaconus ordinatus, nullatenus permanere acquiescebat, sed multis locis fugiebat. Et

LXXXIX — VPLS

1 — VPLS 2 bona est si habuerit et silentium] si h. s. b. e. PL nam fiducia peregrinatio non est] n. f. iam non est p. PS om. L

2 — VPLS 1 abba S 2 aliena terra] aliam terram L nullus V causa P mediator] mediator S

3 — VPLS 1 abba S Pambo CARW (*Παμβώ*): Pammon VPLS 2 pergit] -eret V 3 operum potest efficere] actuum p. e. (officere L) PLS

4 — VPS om. L 1 Megethio *correxī* (*Μεγέθιος*): Migentio V lesion P Migezio S quia] qui V 2 ueniret P 3 in cellam] in cella P om. V ex] res P de S saeculi huius] h. s. S huius om. V instrumentum W: instrumento VPS 4 finderet] findebat p. corr. P fundebat S in dies] inde P in die S

XC — VPLS

1 — VPLS 1 abba S diaconus] dicens V decanus S 2 nullatenus om. S acquiescebat] quiescebat S fugiebat] quiescebat S

iterum senes reducebant eum dicentes: Ne derelinquas locum tuum. Quibus ille ait: Permittite me deprecari Deum si me iubet ministrare locum meum. Et orauit sic: Domine, si uoluntas tua est ut in ordinatione mea persistam, ostende mihi. Et ostensa est illi columna ignea a terra usque ad caelum pertingens. Et uox ad eum: Theodore, si potes fieri sicut columna ista, uade et ministra. Quod ille audiens, ultra nullatenus acquieuit. Sed cum uenisset in ecclesiam, deprecabantur eum ut si non ministraret uel calicem teneret. Qui non acquieuit dicens: Si mihi amplius de hac re uerbum feceritis, discedo hinc. Et sic eum dimiserunt.

2— Abbas Isaac audiens quia presbyterum eum patres uellent facere in Sceti, fugit in Aegyptum et ingressus in agrum latuit inter herbas. Contigit autem ut et patres qui eum sequebantur in eodem agro requiescerent quia iam nox erat et dimiserunt asinum suum ut pasceretur. Ille autem in pascendo peruenit ad locum ubi latebat abbas Isaac. Et mane facto, quaerentes asinum, inuenerunt et senem et admirati sunt. Cum autem uellent eum ligare, dicit eis: Iam non fugio quia scio hoc ex iussione Dei esse et quocumque fugero ad hoc peruenturus sum.

3— Abbas Motoes uenit aliquando de loco qui uocatur Ragitam in partibus Gebalonis. Erat autem cum eo etiam discipulus eius. Videns autem illum episcopus loci ipsius, tenens eum, inuitum presbyterum fecit. Et dum pariter comederent, dicit ei episcopus: Indulge mihi, abba, scio enim quia hanc causam nolebas, sed ego a te benedici desiderans hoc praesumpsi. Cui senex, pro humilitate ait: Et mea

3 locum]ordinem L 4 permittite V deprecare L ministrare] -i LS in
add. P 5 loco meo S est om. S 8 fieri] figi S et uade S
9 nullatenus] non S deprecabatur VS 10 ministrabat PLS 11 discede V
2— VPS om. L 1 abba S patres] senes S 2 agro S 3 et
om. PS sequebantur eum P 4 quiescerent P iam om. S 5 in
om. PS 6 abba S 8 fugio] fugiero P haec S
3— VPS om. L 1 abba S Motoes (cfr. XXVIII, 1 et sim.):
Moroes V Motues PS uocabatur P Ragitam] Ragitano V 2 Geba-
lonis] Iebalonis V Gebulonis P etiam om. S 3 illum episcopus
loci ipsius] eum e. i. l. S 4 dum] cum P 5 enim om. P a om. P

cogitatio parum uolebat; sed in hoc laboro quia diuidi ab eo fratre qui mecum est nolo et solus non sufficio orationes meas implere. Dicit ei episcopus: Si scis eum esse dignum, ordino ego et illum. Respondit 10 abbas Motoes: Si quidem dignus sit nescio, unum autem scio quia de me melior est. Ordinavit autem et illum. Vtrique tamen ita perman- serunt usque ad finem suum ut ad altare quantum ad oblationem sacran- dam pertinet numquam accederent. Vnde dicebat senex: Confido 15 in Deo meo quia non habeo grande iudicium propter ordinationem hanc quia oblationem non mihi praesumpsi offerre. Nam ordinatio illorum est qui sine culpa sunt; ego autem me bene cognosco.

XCII — DE STULTITIA PERFECTORVM

1 — Cum quidam praesente Ammone episcopo negotium dicerent, ille non intendit in uerbis eorum. Vnde quaedam mulier dixit ad proximam suam: Iste senex stultus est. Ille autem audiens dixit ei: 5 Quantos labores sustuli in solitudine, mulier, ut hanc stultitiam conse- querer! Et modo propter te uis eam hodie ut amittam?

XCII — DE QUIETA VITA

1 — Abbas Poemen dixit: Homo qui iuxta carnales aliquos actus est, similis est uiro stanti prope lacum altissimum. Quando enim

7 a S eo om. S 8 nolo om. V et] quia S 9 ego et] et ego S
ergo eum et V 10 abba PS Motoes: Moroes V Motues PS sit]
ego add. S nescis V 10-11 de me melior est] m. est me S 11 utroque V
12 quantum] quam V 13 pertinet om. P 15 ordinatio] hic, inquit add. P

XCII — VPLS

1 — VPLS 1 episcopo] episcopus ad V 2 non om. V in om. S
dicit PLS 4 sustuli in solitudine mulier] m. sustuli (sustinui L) in s. PL
mulier om. S sequeretur V 5 modo propter te uis] ideo p. te uix S eam
hodie ut] ut e. h. PL hodie illam S amittam] admittam VS Sapien-
tiam enim huius mundi stultitia est apud Deum add. L

XCII — VPLS

1 — VPLS 1 abba S 1-2 iuxta carnales aliquos actus est] i. c. a. est
actus P prope est a carnales a. actos L 2 simile L lacum] locum V
quando enim] quem cum L enim om. S

uoluerit inimicus, facile eum mittit in lacum. Qui autem longe est
a carnalibus desideriis, similis est uiro stanti longe a lacu, quem cum
uoluerit inimicus trahere in lacum non inuenit quia longe est. Dum
autem trahit mittit Deus adiutorium suum et liberat eum. Bonum
est fugere a conuersatione carnali. 5

2—Abbas Motoes dicebat: Si quis uult habere requiem habitat
in deserto; aut si in deserto non uult, inter plurimos habitat fratres.
Quicumque enim uenerit, ab illis aliis suscipietur et ille habet requiem.
Si autem in loco fueris nominato et non susceperis hominem, contris-
tatur cogitatio tua; inter plurimos autem, uoluntatis tuae sensus, dum
absconditur, requiescit. 5

3—Quodam tempore iudex de regione illa in qua habitabat abbas
Poemen, unum hominem comprehendit. Et uenerunt petentes senem
ut pergeret ad iudicem et excuteret eum. At ille dixit: Tres istos dies
date mihi indutias et sic uenio. Per illos ergo tres dies orauit abbas
Poemen dicens: Domine, ne mihi des hanc gratiam ut me petente
dimittatur ille homo. Nam non me dimittunt hic residere quietum.
Venit ergo post tres dies ut iudicem postularet. At iudex ait: Pro
latrone me uenisti rogare, abba? Ille autem gaudis quod ei ad pri-
mum sermonem non praestitisset, reuersus est. 5

3 eum *om.* S 4 longe stanti PLS lacu] loco V laco L 5 in] ad PS
inuenit] ualebit L 6 trahet VPL adiutorem S 7 est] ergo *add.* PLS
fugire P

2—VPLS 1 abba S Motoes] Moyses V Motues PS requiem]
aut *add.* PS 2 si in deserto non uult *om.* S 3 quaecumque L
suscipiat L *et per comp.* V 4 autem] uel V in *om.* PS suscipieris L
5 plures PLS

3—VPS *om.* L 1 illa *om.* P abba S 2 senem] ei V
3 istos *om.* P 3-4 mihi dies date S 4 abba S 5 ne *om.* PS me
petente] non impetrem ut V 6 hii S 8 me *om.* P gaudis] est *add.* V
quod] quia S ad primum *om.* S 9 reuersus est *om.* V

XCIII — DE EREMO ET QVARE FVGIANT HOMINES
AD EREMVM VEL IN SOLITVDINEM

1 — Beatus Antonius dicere solebat: Qui sedet in deserto tribus proeliis caret, id est, uisus, auditus et detractiois, et ad unum tantummodo opus cordis intentus est.

2 — Abbas Aion beatum Macarium postulabat ut ei sermonem diceret per quem possit saluari. Cui senex: Fuge, inquit, homines. At ille requisiiuit dicens: Et quid est homines fugere? At senex respondit: Fugere homines est sedere in cella sua et pro peccatis iugiter
5 lamentari et quod super omnes uirtutes est tam linguam coercere quam uentrem.

3 — Abbas Arsenius, dum adhuc saecularis esset et in palatio moraretur, orauit ad Deum dicens: Domine, uiam mihi per quam saluer ostende. Et audiuit uocem dicentem sibi: Arseni, fuge homines et salueris.

5 Cum ergo in solitudine recessisset et eundem sermonem orasset, audiuit sibi rursum uocem dicentem: Arseni, fuge, tace, quiesce. Haec enim sunt principia salutis.

4 — Item abbas Arsenius ab abbate Marco requisitus est aliquando cur fugeret homines. At ille respondit: Scit Deus quia diligo homines,

XCIII — VPLS fugiant] -iantur L -iunt S ad erenum uel om. PLS solitudine L

1 — VPLS 2 proeliis om. V caret] cadet V uisus auditus et detractiois] uisus (-u P) auditus (-u P) et (om. S) detractiois (-es V -e P -ibus L) VPLS 3 tantummodo opus cordis] tantum o. cor S intentus] intendens L intentum S est om. L

2 — VPLS 1 abba S Aion *correxī* (Ἀἰώ): Salon V Sisoio L Saion PS postulauit L 3 est om. S 3-4 at senex respondit fugere om. S 3 at] tunc L 4 sua om. PLS 5 lamentare V uirtus V quam] et S

3 — VPLS 1 abba S esset et] esset dum V om. S 2 Deum] Dominum L 3 Arsenii V 4 et] ut P salueris] -aris L saluus eris S 5 solitudinem PS 6 audiuit sibi rursum uocem] a. s. sursum u. V rursum (-us PL) a. u. s. (s. u. L) PLS Arsenii V tace] et *add.* S

4 — VPLS 1 item abbas] idem a. (abba S) LS ab] ad L Marco] Macario VP Macarius L

sed cum Deo pariter et hominibus esse non possum. Supernae enim multitudines ac uirtutes unius sunt uoluntatis; homines uero et multas habent uoluntates et uarias. Et ob hoc Deum relinquere et cum hominibus esse non possum. 5

5 — Quidam fratres dum linum ex Thebaida pergerent conparare, dixerunt: Per ocasionem beatum uideamus Arsenium. Quod cum ingressus ad eum Daniel discipulus eius nuntiasset, praecepit ut pro qua causa illic aduenissent de Alexandria ab eis requireret. Cum ergo renuntiasset quod propter linum pergerent conparandum, respondit Arsenius: Ergo faciem meam non uidebunt, quia non propter me, sed propter suum opus aduenerunt. Vade itaque et susceptis eis fac obsequium et dimitte eos dicens: Quia senex non potest uobis occurrere. 5

6 — Cum quidam ad eundem beatum Arsenium ex fratribus uenisset uolens uidere eum, pulsauit ostium. Abbas autem Arsenius sperans suum esse discipulum aperuit ei, sed postquam alterum conspexit, mox se in terram proiecit in faciem. Illo autem ut surgeret postulante, respondit: Non hinc exurgam nisi discesseris. Ac per multas horas rogatus non adqueiuit corpus adtolere usquequo discederet ille qui uenerat. 5

7 — Quotiescumque autem in ecclesia cum aliis patribus idem beatus Arsenius conuenisset post columnam sedebat ne aut ipse alterius aut alter illius faciem possit inspicere.

3 et] cum *add.* P 3-6 supernae enim... possum *om.* VS 4 uoluntates L

5 — VPS *om.* L 1 quosdam V 2 per] hanc *add.* S 3 ad eum *om.* S Daniel discipulus eius] D. e. d. S d. e. D. P D. d. ipsius V pro *om.* S 4 inquireret P 5 renuntiasset V 6 meam faciem PS 7 uenerunt P uade] unde *per comp.* V itaque] utique P 8 et] ac P atque S dimitte] -et V -es P senex] noster *add.* P

6 — VPS *om.* L 2 aduenisset PS abba S 3 ei *om.* P posteaquam V alterum] esse *add.* PS 4 se] ei V ille VS surget] exurgeret et (*om.* P) PS 5 postulante] -em V -i S surgam S atque S

7 — VPS *om.* L 1 quotcumque V ecclesiam P 2 aut] ut S 3 posset S

8 — Cum ad eundem beatum Arsenium Theophilus uenisset episcopus cum iudice Alexandriae ciuitatis et postularet episcopus aliquem ab eo audire sermonem, parum primum conticiscens, ait: Quod enim dixero custoditis? Quod cum utrique etiam grate respon-

5 dissent, addidit: Quocumque audieritis Arsenium, illic nullatenus accedatis.

9 — Item cum eum uolens archiepiscopus adorare, misisset nuntium ut id ipsum ei nuntiaret, mandauit ei: Si ueneris aperio tibi, si autem tibi et omnibus, si autem omnibus ultra hic non sedebit Arsenius. Quod cum audisset episcopus incepto abstitit ne eum cogeret

5 de loco ipso discedere.

10 — Abbas Besarion, dum ambularet cum discipulo suo per eremum, uenerunt ad quandam speluncam et ingressi ibi inuenerunt fratrem sedentem et funiculum operantem, qui neque respexit eos neque salutauit eos neque aliquid locutus est eis. Dicit ergo abbas Besarion ad discipulum suum: Eamus hinc quia non uult hic senex loqui nobiscum.

5 Et profecti sunt ad abbatem Ioannem. Cum autem reuerterentur, uenerunt ad eandem speluncam. Et dicit abbas Besarion: Ingrediamur iterum ad hunc senem ne forte uel modo persuadet illi Deus ut loquatur nobiscum. Et cum ingressi fuissent inuenerunt corpus tantummodo

8 — VPLS 1 Arsenium *om.* S 1-2 episcopus uenisset L 2 iudice] iudex L -em S Alexandriae] Alexandrinae S et postularet] et postulasset P expostularet S 3 aliquem *om.* S parum] parumper PS conticiscens] tacens P 4 quod enim] quid ergo si L custodietis S utriusque L etiam *om.* S grate] granter P responderent] suscepissent L responderent P 5 quocumque] quodcumque VS quodcum L illuc PL

9 — VPLS 1 item] idem L eum uolens archiepiscopus adorare] u. arch. a. eum et L misit P 2 id *om.* LS ipsud L ei¹ *om.* P 2-3 si autem] nam si P 3 si autem omnibus] si a. et o. P *om.* L sedebit] sedet L residebit S 4 incepto] in cethy S abstitit] astitit VS adstitit L nec V eum *om.* S cogerent P 5 ipso] suo L

10 — VPLS 1 abba S 2 quendam L 3 qui neque] cumque S qui nec P 4 eos] illos S *om.* PL nec P ergo *om.* S abba S 5 hinc *om.* V hic *om.* L 6 reuerterentur] reuersi fuissent PL 7 abba S 8 senem ne forte uel modo] fratrem ne (si P) f. uel m. (m. nil S) PS persuadet] imperet L imperat P suadet S 9 corpus tantummodo] tantum corpus S

mortuum. Et dicit discipulo suo: Veni, frater, conponamus illud 10
quia propterea hic nos Deus direxit. Cum autem sepellirent, inuene-
runt quia mulier esset et admirati sunt et dixerunt: Quemadmodum
et mulieres conluctantur et uincunt daemonem! Et glorificantes Deum
qui est omnium protector recesserunt inde.

11 — Beatus Macarius aliquando narrabat dicens: Venerunt ad
me quondam iuuenes duo et unus quidem iam aetate plena, alter uero
adhuc incipiente barbitio. Qui cum ignorantes me ipsum interrogarent,
«ubi est abbatis cella Macarii», atque a me cur eum requirerent roga- 5
rentur «opera, inquit, eius magna et uitam praeconabilem cognos-
centes uidere eum summo desiderio festinamus». Cumque ego me
ipsum esse quem quaererent profiterer, mox meis pedibus prouoluti
ut mecum illos habitare permetterem postulabant. Quos ut uiderem
uelut ex diuitiarum opulentiis delicatos non posse mecum illos residere
 respondi. «Et si hic, inquit, tecum manere non possumus, alio 10
tamen nos proficisci definita semel sententia mentis inpellit». Quo
ego audito coepi intra me ipsum ita reputare: Si illos hinc abegero
scandalum patiuntur; cum enim labor ipse compellat eos hinc fugere,
cur de mea murmurent uoluntate? Tunc dico illis: Venite, construite
uobis cellam si potestis. At illi locum sibi demonstrari tantummodo 15

10 dicit] abbas Bessarion *add.* L frater] ut P et *add.* L illum V
11 hic nos Deus] n. h. D. P D. n. in hunc locum S direxit]
transmisit PLS 12 sunt et *om.* S 13 et¹ *om.* S daemones PLS
14 est omnium] in omnia bona P

11 — VPLS 1 aliquando] de semetipso L narrauit P dicens]
aliquando *add.* L uenerunt] aliquando *add.* P 2 quondam *om.* P
iam aetate plena] i. p. aetas L i. pleno P iam aetate *om.* S
3 incipiente] -enti P -ebat L barbitio] superbiae S *om.* L igno-
rantes me ipsum interrogarent] interrogantes me ipsum et ab te requirerent L
i. me ipso int. V 4 esset LS eum *om.* V 6 summo] nimio S
ego] ergo S 7 profiteret S pedibus] genibus P 8 illos] -is L eos S
ut?] cum PLS 9 opulentiis] -tius V -tis L -tia S illos] illic PS
illi L 10 respondit V hoc V alii L 11 nos] non V semel *om.* S
mentis] nostrae *add.* L inPELLI S quod L 12 ego] ergo V tali *add.* L
coepi intra me ipsum ita reputare] c. inter me i. ita r. S intra me i. c. r. dicens P
intra me i. r. c. L abegero GRB: abiero V abire permisero PL
abigero S 13 ipse *om.* L compellebat L hic V 14 cur] cum S
murmurent uoluntate] -arent uoluntatem L dicit V 15 cellam PS
demonstrare L tantummodo *om.* S

- poposcerunt. Quibus ego alueolum cum secure et saccum plenum
 farinibus cum modico sale contradidi et petram ostendi durissimam
 qua incisa sibi habitaculum praepararent, quod lignis adlatis de palude
 contegerent. Arbitrabar autem ego confestim illos pro iniuncto labore
 20 discedere. At illi interrogauerunt me quid illic solebant alii fratres
 operari. Respondi ego: Funiculum. Et sublati foliis principium
 illis textus ostendi, quem ministratori dari pro pane recipiendo
 commonui. Et ita discessi. Illi uero cum summa patientia quae fuerant
 eis a me imperata fecerunt; ac per tres annos ad me nullatenus acces-
 25 serunt. Et quia alii de longinquis regionibus uenirent ad me, illi uero
 nec a me aliquid requirerent nec ad alios propinquarent, non leuiter
 admirabar, uidens eos tantum in ecclesia oblationem cum silentio in
 oratione percipere. Desiderans ergo scire conuersationem eorum,
 septimana integra ieiunans, rogavi Deum ut mihi opera eorum digna-
 30 retur ostendere. Et post hoc, profectus ad eos pulsaui ad ostium,
 quo aperto tacentes adorauerunt utrique; et postquam facta ex more
 oratione, consedi. Ille autem maior innuit minori et egressus est
 foras; sedebat ipse torquens funiculum nihil loquens omnino. Hora
 uero nona, pulsato ostio minor ingressus est; et maiore iterum innuente
 35 egressus cibum quod reficeremur excoxit; eodemque nutu iussus,
 mensam cum tribus paximatiis adposuit tacensque stetit. Quibus

16 poposcerunt] -cunt L poscunt P ego] ergo L alueolum cum] malleo
 locum L 17 farinibus VU: panibus PLS tradidi P 18 qua
 incisa] quia in scisa V sibi habitaculum] h. s. L habitacula S
 adlatis] et latis V ablatis S 19 contegerent] contexerunt V conte-
 gunt S arbitrabam S autem om. S confestim om. S iniuncto]
 hoc (om. S) sibi add. PLS 20 discederent L illi interrogauerunt] ille
 rogauerunt S solebant alii fratres] solent a. f. P solerent a. f. L
 fratres solent S 21 operare L ego] illis add. PL foliis] palmarum add. P
 22 illis] illi L illius S ministratoribus PLS 23 commonui] comoui V
 illi] ibi V fuerunt P 24 a me om. L imperata] impetrata V
 ac] atque S successerunt V 25 uenerunt dub. S 26 nec¹] neque S aliquid
 om. S nec ad alios] neque ad illos S 27 admirabar] ego add. L tantam P
 oblationem] -e L tantum add. V 27-28 cum silentio in oratione om. L
 28 percipere] praeciperet V 30 haec PS ad² om. PLS 31 quo
 aperto tacentes] quod cum a. tacente V utrique] utrumque V utriusque L
 31-32 more oratione] memoratone S 32 autem om. PLS minore L
 33 foris L sedebat] -bant V autem add. PLS 34 uero om. L ostio]
 atque aperto add. PLS maiorem S innuente] immune dub. S 35 quod
 reficeremur] quo r. (-entur S) PS 36 tribus paximatiis] paxomaziis (paxoma-
 tiis P) t. PLS

ego dixi: Surgite, comedamus. Quo facto et adlato uasculo quo aquam
solebant portare, potauimus. Ablata autem mensa, cum uesperes-
ceret dicunt mihi: Discedis? At ego illic me requiescere uelle respondi.
Mattam ergo mihi in uno angulo conlocauerunt et ipsi in altero angulo, 40
quasi quieturi, zonas suas et analabios posuerunt. Cum autem quasi
ad dormiendum se proiecerunt, iterum rogavi Deum ut mihi eorum
operam declarasset. Et ecce ueluti dissipato tecto lux clara cellulam
quasi medius dies impleuit, quam tamen illi non senserunt. Sed post-
quam arbitrati sunt me dormire, surgentes, cinxerunt se atque ad cae- 45
lum manus extenderunt. Quos quidem ego quae facerent intuebar,
illi autem me uidere non poterant. Et ecce uidi tamquam muscas
daemones uenientes et in illius minoris ore atque oculis residere uolentes.
Sed angelus Domini romphaea ignis armatus tam illum circumdabat
quam daemones abigebat. Ad maiorem autem accedere non audebant. 50
Prope diluculo uero se in eodem stratu proiecerunt et ego uelut exper-
gefactus exurgo. Quod cum illi etiam fecissent, ille maior hunc mihi
sermonem est locutus: Vis, pater, psalmos duodecim decantemus?
Ac me consentiente minor ille frater quinque psalmos senis uersibus
decantauit et unum alleluiaticum. Et per singulos uersus fax ignis 55
de ore eius egressa ascendeat ad caelum. Idem et maior cum decan-
taret, quotiens ad psallendum labia deduceret, uelut funiculus ignis
ex ore eius tendebatur ad caelum. Post quos ego quoque aliquan-
tulum decantaui. Et egrediens ut pro me orare dignarentur expetii.

37 surgite] et *add.* S et *om.* PLS 38 portare] potare P potari L men-
sam L uesperasceret S 39 illuc L requiescere uelle] u. r. S r. uel V
40 mattam] martam V mihi in uno angulo conlocauerunt] m. in u. a. colloca-
runt LS in u. a. collocarunt m. P 41 quietum P analabios GB
(ἀναλάβους): amnabolios V anelabios P anoboladios L amilabios S
41-42 quasi ad dormiendum se] ad d. se q. S 42 proiecissent PLS ite-
rum] ego *add.* PLS rogavi Deum] D. oraui S 42-43 eorum operam declarasset]
eorum (*om.* P) opera declararet PL declararet o. e. S 43 uelut L
tectum V 46 quos] cum L quidem ego quae] ego quid S 48 ore atque
oculis] o. et ore S ore usque o. L 49 circumdabat *om.* L 50 daemones]
homines S daemonum L abigebat] abiebat V ambigebat LS 51 dilu-
culum PL stracto S 52 illi etiam] et illi S 52-53 sermonem mihi S
53 locutus est PLS duodecim psalmos S 54 atque S uersibus] uiribus S
55 alleluiaticum] alleluia P allaticum S per *om.* L uersos L 56 ore]
est *add.* V eius egressa] e. eius V eius *om.* S ad] in L 57 labia] labra P
funiculum V 58 ex ore eius] ex o. e. similiter PL *om.* S tendebatur]
tenebatur V quos] hos L quoque *om.* S 59 expeti VL

- 60 Illi uero tacentes meis sunt pedibus prouoluti. Et cognoui quoniam maior quidem esset in timore Dei perfectus; minorem uero adhuc daemones inpuerant. Post paucos autem dies, maiore fratre recepto, tertio die et minor est assecutus.

XCIV — QVIA IN SOLITVDINE AB OMNI STREPTV
SVMMVM DEBEAT ESSE SILENTIVM

- 1 — Abbas Arsenius dum ad aliquos fratres uenisset multae ibi erant arundines, quas cum uentus agitare, facto sono, dixit Arsenius: Quid iste est terraemotus? Ventus, inquiunt, calamos hos concutit. Quibus Arsenius ita respondit: Si quis in solitudine residens Deum
5 orat cantante passere auscultat, iam non potest eandem intentionem mentis ad requiem custodire. Vos autem uicino terraemotu si potestis in requiem sedere satis admiror.

XCv — QVAE SIT OBSERVANTIA EREMITAE

- 1 — Abbas Moyses ad solitarios solebat proferre sententias dicens: Quattuor sunt principales obseruantiae, id est, tacendi, seruandi mandata Dei, humiliandi semetipsum et angustia paupertatis. Tres autem has uirtutes homo difficile possidet, id est, ut semper lugeat, ut semper suo-
5 rum memor sit peccatorum et omni hora ponat sibi ante oculos mortem.

60 meis sunt pedibus] m. p. s. L s. m. p. S 60-61 cognoui quoniam maior quidem] c. quia m. q. P quidem c. quia ille m. S 61 perfectus] nimis *add.* L
62 inpuerant L autem *om.* S fratre] a Deo *add.* L accepto S

XCIV — VPLS quia] qui sit V debeat esse] e. debet L debet e. P deliberat e. V

1 — VPLS 1 abba S peruenisset S multas L 2 cum] dum LS
om. P dicit P 3 quis LS iste est] est i. PL est *om.* S inquit S
calamos] talamos V hos concutit] h. (*om.* LS) concussit PLS 4 solitudi-
nem S residens *om.* S 5 cantare P passare L auscultat] absultat L
om. VS eadem intentione VLS 6 ad] aut PS *om.* L 7 sedere]
habitare P residere L satis admiror] satis ego admiro L

XCv — VPLS quae sit obseruantia] quod sit -ae V

1 — VPLS 1 abba S sententiam PL 2 principia S 3 humi-
liari S paupertatis] habere *add.* L has *om.* PLS 4 semper¹] super S
lugeat] et *add.* PLS 4-5 semper suorum] suorum s. P suorum *om.* S 5 et]
ut *add.* PL ante oculos] prae oculis PLS morte L

2— Beatus Antonius solebat dicere: Patres antiqui egressi sunt in deserto et ipsi sani effecti sunt medici et reuersi alios sanauerunt. Ex nobis autem si quem egredi contigerit in deserto, antequam ipsi sanemur, curam aliis adhibemus et reuertitur ad nos infirmitas nostra et fiunt ultima nostra peiora prioribus. Propter quod dicitur nobis: Medice, tibi prius curam inpendito. 5

3— Sancti patres prophetauerunt aliquando de ultima generatione, ex quibus unus uitae praecipuae nomine Ischyron dixit: Nos quidem mandata Dei implemus. Requirunt illum alii patres: Quid hii qui post nos futuri sunt facient? At ille respondit: Media forte complebunt. Et iterum requirunt eum: Post hos autem qui ueniunt, quid sunt facturi? Et respondit: Homines generationis illius mandatorum Dei opera non habebunt. Veniet autem super eos tentatio et qui inuenti fuerint in illa tentatione probati et de nobis et de patribus nostris meliores existent. 5

XCVI—DE COENOBIO: QVOMODO IN EO VIVENDVM SIT

1— Cum quidam frater abbatem requisisset Agathonem dicens: Quia uolo manere cum fratribus, dic mihi, abba, quemadmodum habitum cum ipsis? Respondit ei senex: Obserua hoc prae omnibus, ut

XCv, 2 lin. 4-5: *reuertitur... prioribus* — cf. Mat. XII, 45.

lin. 6: *Medice... inpendito* — cf. Luc. IV, 23.

2— VPLS 2 desertum S effecti] facti *add.* PLS et reuersi alios sanauerunt *om.* L 3 quem] quidem L egredi] aegritudo V contingerit] contingerit P atigerit S desertum S 4 alii V adhibemus] -eamus L adiuuemur P 5 fiunt] fiet L 6 curam tibi prius S inpendito V

3— VPLS 1 aliquando] alii V *om.* L 2 unus *om.* P Ischyron] Exquirio P Isquirio L Esquirio S nos] non V 3 adimplemus S illum] eum S 4 futuri] facturi S 5 requisierunt S uenerint S 6 respondit] dicit S homines] -is V omnes L generationes PL illis S 7 autem *om.* L 8-9 et de nobis et de patribus nostris] de p. nostris (*om.* P) et de n. PL 9 existunt PL

XCvi—VPLS de coenobio quomodo in eo] de c. q. in eum L de q. in c. S

1— VPLS 1 abbate L requisisset S Agathon L 2 quemadmodum *om.* S 3 ei *om.* P haec S ut] non V

- qualis primo die ingredieris apud ipsos talis etiam reliquos peragas
 5 et cum quiete adimplebis peregrinationem tuam. Custodi autem ne
 quando fiduciam loquendi assumas.

- 2 — Idem abbas Agathon, dum cum beato Macario habitaret,
 dicit ei abba Macarius: Quare mecum sic habitas tamquam cum extra-
 neo? Respondit abba Agathon: Cur sic dixeris miror. Frequenter
 enim, aliquo peregrino praesente, fiduciam loquendi assumo, quod tecum
 5 mihi non licet habitanti.

Graue enim malum est et paene omnibus peius fiducia, quae geni-
 trix est omnium paene malorum. Monacho autem non dicam inter
